



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,  
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In  
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de**

**Romæ, MDCCXVIII**

Canon XXII. XXIII XXIV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72203)



citium, aut loquimur de officiis, quæ  
 pertinent ad ministerium domesticum ali-  
 cuius privatæ personæ, inter quæ officia  
 14 postremi generis recensenda est Cappel-  
 lania laicalis merè servitoria juxta tradi-  
 ta per *Card. de Luc. de benef. disc. 97. n. 10.*  
 15 Primo casu non datur amotio sine causa,  
 ad differentiam secundi Casus in quo  
 etiam sine causa admittitur amotio, vel-  
 uti distinguit *Larr. in noviss. decis. Gra-*  
*naten. citat. disput. 2. num. 17. ibi -- Nec*  
*quòd de mandato ultro objecimus, ut possit*  
*revocari aliquid faciet, quia in hac materia*  
*distinguere debemus officia, quæ publicam*  
*administrationem, jurisdictionem, aut exer-*  
*citium habent, ut hac de quibus nostra dis-*

*ceptatio, & in his procedat sine causa non*  
*posse amoveri; ab eis, quæ ad ministerium*  
*domesticum pertinent etiam Regis, vel ali-*  
*cujus privati, ut Procuratoris, tunc rectè*  
*sine causa poterit fieri revocatio --* Quam  
 distinctionem communiter Doctores am-  
 plectuntur *Caldas Pereir. conf. 9. num. 74.*  
*Aragon. tom. 4. decis. 389. à num. 6.* Hoc  
 posito cum ille, qui administrat Sacra-  
 mentum pœnitentiæ in publica Ecclesia  
 omnibus illis, qui ad eam accedunt, di-  
 catur habere non ministerium domesti-  
 cum, sed publicam administrationem, &  
 publicum exercitium, inferatur illum sine  
 causa removeri non posse.

## C A N O N X X I I.

ALEXANDER III. *Lingonen. Episcopo.*

**S**I verò ordinatio alicujus Ecclesiæ ad tuam Institutio-  
 nem spectat, & pro controversia Laicorum de Jurepa-  
 tronatus inter se disceptantium, prorogatur; fas tibi sit, ap-  
 pellatione remota, in eadem personam idoneam instituire;  
 ita quod repræsentetur ab eo, qui jus evicerit patronatus.

## C A N O N X X I I I.

*Idem.*

**E**Am te decet. Et infra: Illas autem Ecclesias, de qua-  
 rum patronatu controversia fuerit, si infra sex menses,  
 postquam vacaverit, non fuerit controversia terminata; li-  
 citum tibi sit de persona idonea ordinare.

## C A N O N X X I V.

INNOCENTIUS III. *Conventren. Episcopo.*

**C**Um propter discordias Laicorum. Et infra: Fraternali  
 tuæ mandamus, quatenus, si de Jurepatronatus  
 quæstio emerferit inter aliquos, & (ab eo), cui competit, in-  
 fra quatuor menses, non fuerit diffinitum, ex tunc Ecclesiam  
 ipsam



ipsam de persona non differas idonea ordinare ; ita quòd illi ex hoc non debeat in posterum præjudicium generari, qui jus evicerit patronatus.

## COMMENTARIUM

**E**X his Canonibus, quorum primus legitur in Decretalibus in ordine *il 12.*, Secundus in ordine *il 22.* Tertius verò in ordine *il 27.* sequentem deduco conclusionem.

**SI** CONTROVERSIA DE JUREPATRONATUS INTER PATRONOS, POSTQUAM VACAVERIT ECCLESIA, NON FUERIT INTRA TERMINUM JURIS DEFINITA, POTEST EPISCOPUS LIBERE ORDINARE ECCLESIAM DE PERSONA IDONEA, ITAUT HÆC DEBEAT PRÆSENTARI AB EO, QUI EVICERIT JUSPATRONATUS: Ita *Innocent. Abb. Anan. Butr. Barbof. Gonzal. hic Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 2. quæst. 1. art. 9. Vivian. eodém tract. lib. 3. cap. 3. & lib. 5. cap. 2. num. 26. par. 2. Rot. decis. 148. num. 15. & seqq. par. 15. recen., & in Bononien. Parochialis 26. Januar. 1711. §. final. coram R.P.D. Caf-farello. Quam conclusionem deduxi etiam superius ex Canone III. in Commentario Conclus. III.*

Agnoscentes enim Alexander III. & Innocentius III. quàm sit perniciofa, & præjudicialis diuturna vacatio Beneficiorum, & Ecclesiarum, tum respectu cultus Divini, tum eorum bonorum, tum etiam fidelium sine Pastore remanentium, si sint Ecclesiæ Parochiales, optima ratione, & providentia concesserunt Episcopis in his Canonibus facultatem illas liberè providendi de idoneis Personis, & Rectoribus, si lites inter Patronos excitatæ super Jurepatronatus terminatæ non fuerint intrà quatuor menses, si de Patronatu Laicali, vel intrà sex menses, si de Ecclesiastico agatur; nè propter eorundem Patronorum jurgia, & contentiones similia præjudicia patiantur Ecclesiæ, & fideles. Qui verò postmodum evicerit Juspatronatus poterit præsentare Institutum ab Episcopo, ut acquirat quasi possessionem præsentandi, nè amplius in posterum molesteretur, juxta Doctores supra relatos; ut bene perpendit *Card. de Luca de Paroch. disc. 15. num. 7. Rota in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Præcipuè coram R.P.D. Anfaldo, & in Pisana Prioratus 11. Aprilis 1712. §. At quoque coram eodem, & in Astoricen. Parochialis 8. Junii 1716. §. Concurrente coram R.P.D. Foscaro.*

Quoad hujusmodi Conclusionem examinantur sequentes Casus.

### ARGUMENTUM

Patroni litigantes super pertinentia Jurispatronatus, si recurrant ad Judicem Laicum, in quam pœnam incidant?

### SUMMARIUM.

- 1 Cognitio Causarum jurispatronatus an, & quando sit permissa Judici Laico? & n. 4.
- 2 Juspatronatus est spirituali annexum.
- 3 Patronus recurrens ad Judicem Laicum, pro definienda questione jurispatronatus animo impediendi jurisdictionem Ecclesiasticam in quam pœnam incidat? Vide ibi, & num. 12. & seqq.
- 5 Text. in cap. Significavit de testib. & attest. declaratur.
- 6 Papa potest delegare cognitionem Causæ jurispatronatus Laico.

- 7 Judex Delegatus, si in delegatione fuerit sibi commissum, ut constito de pertinentia jurispatronatus alterutrius partis ordinet Ecclesiam ad præsentationem illius an possit instituere præsentatum?
- 8 Laicus neque subsidiariè cognoscere potest Causam Jurispatronatus. Amplia, ut num. 10.
- 9 Textus in cap. Filiis 16. q. 7. quo sensu procedat?
- 11 Laicus ex eo quòd sit capax possidendi juspatronatus, inferri non potest, quòd sit capax etiam de illo cognoscendi.

### CASUS I.

**O**Rta controversia inter consanguineos Fundatoris Beneficii A. ex una parte, & ejus hæredes testamentarios ex altera, super pertinentia jurispatronatus, isti unanimi consensu appositè, & animo impe-



impediendi jurisdictionem Ecclesiasticam recursum habuerunt ad Governatorem Laicum propriae Civitatis; pro definienda hujusmodi lite, exquirendo illius iudicium. Quæritur ipsos in hoc casu inquam poenam incidisse.

1 In nullam incurrisse poenam respondendum videtur; Judici enim Laico cognitio Causarum Jurispatronatus interdicta minimè videtur, immo permessa; vel immediatè, ut apparet ex *Textu in cap. Significavit de testib. & attest.* per extensum relat. inferius in *Can. XXVIII.* ubi Judici Sabinen. Laico commissa fuit cognitio super articulo; An Fundator ejusdem Ecclesie voluerit illam esse liberam, ut expressè dicitur *Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 3. num. 24. & seqq. tom. 2.* vel saltè subsidiariè, data nimirum negligentia Judicis Ecclesiastici, ut deducitur ex *Text. in cap. filii, vel nepotibus 16. q. 7.*, de quo *Par. I. Can. IV.* in illis verbis -- *Regis hæc auribus intimare non differant.* -- Maximè si illis esset super possessione jurispatronatus, juris præsentandi, aut eligendi, juxta *Text. in cap. Significaverunt de judiciis,* ubi Judex Laicus judicavit super possessione juris eligendi Rectorem ibi -- *Significaverunt nobis olim Abbas, & Conventus S. Maria de Florentia, quòd Florentina potestas pro eis contra Communitatem Castri de Signa super possessione, vel quasi juris ibidem eligendi Rectorem [quod ad se pertinere dicebant] diffinitivam sententiam promulgavit; sed postmodum Abbatem, & Conventum præfatos ipsa potestas coegit, Communitati prædicta super proprietate, vel quasi memorati juris, in seculari iudicio respondere: Unde vobis injunximus, ut si ita esset cogeretis Communitatem eandem, electum ab eisdem Monachis in Rectorem admittere, audituri postea, qua partes super proprietate, vel quasi dicti juris ducerent, proponenda &c.*

2 Ratio est, quia juspatronatus non est merè, & essentialiter spirituale, sed spirituali annexum, juxta notata in *Can. III. Cas. I. num. 2.* unde sicuti Laicus, licèt non possit possidere jus merè spirituale, potest tamen possidere jus spirituali annexum, ita quamvis Judex laicus cognoscere non possit de causa merè spirituali, poterit tamen cognoscere de causa spiritualitati annexa.

3 Quibus tamen non obstantibus afferendum venit in hoc casu præfatos Patronos ob supradictum recursum incurrisse in poenam excommunicationis, privatos remansisse jure præsentandi pro ea vice, & omni jure, quòd habebant, vel habere possent in Causa, juxta *Text. in cap. noverint de sent. excom. & Bullam in Cæna Domini §. 16. Text. in cap. si diligenti de foro competen. Barbof. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 79. num. 4. Rot. decis. 44. num. 35. coram Priolo, & decis. 372. num. 1. coram Cavaler. & decis. 122. n. 1. coram Celso, & in Comen. Parochialis super recursum ad Judicem Laicum. 23. Junii 1710. §. Is nostris cum seqq. coram R.P.D. Falconerio inferius impress.*

4 Hinc ea, quæ in contrarium afferebantur, absolute non subsistunt distinguendum est enim inter juspatronatus annexum universitati bonorum, & juspatronatus de per se sumptum; Judex Laicus potest quidem cognoscere de universitate bonorum, cui sit annexum juspatronatus, & ejus iudicium super universitate, valet etiam accessoriè respectu jurispatronatus, dummodo, neque in libello, neque in sententia fiat mentio de illo juxta *Abb. in cap. quanto de judic. num. 9. ibique Bellemer. num. 2. prope finem ibi -- Et hoc intelligit cum directè de juspatronatus quaritur; secus enim si questio esset de Civitate, vel Castro, qua juspatronatus habent: tunc enim licèt processus, sententia, & executio ad se juspatronatus in modum universitatis traheret, tamen nihilominus secularis Judex de tali questione cognosceret -- Non autem potest cognoscere super causa jurispatronatus de per se sumpti, sed illius cognitio spectat privativè ad Judicem Ecclesiasticum, & Laicus non valet in illius cognitione se intromittere, non obstante consuetudine, & immemorabili in contrarium; ut habemus *Textum expressum in cap. quanto de judic. ibi -- Quanto divina gratia: & infra: Causa verò juspatronatus ita conjuncta est, & connexa spiritualibus causis, quòd non nisi Ecclesiastico iudicio valeat diffiniri --* ibique docent *Abb. num. 1. Anan. num. 1. & 2. Butr. num. 1. & seq. Bellemer. num. 1. & seqq. Alexand. de Nev. num. 1. Barbof. num. 1. Gonzal. nu. 1. Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 2. quest. 3. art. 7. nu. 4. Rolan. conf. 12. nu. 35.**



nu. 35. lib. 2. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 9.  
 nu. 30. Scaccia de judic. lib. 1. cap. 11. n. 50.  
 del Bene de immunit. & jurisdic. Eccles.  
 cap. 10. dub. 16. num. 51. tom. 1. Carol. de  
 Grass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 398.  
 Rot. dec. 8. n. 4. par. 4. rec.

5 Non obstat *Textus in citato cap. significavit*; quoniam ibi Judex Sabinensis etiam si admittatur, quod fuerit laicus (quod ex Textu non apparet, & à multis Doctoribus negatur) non processit in illius causæ cognitione jure proprio; sed jure Papæ delegantis, cum fuerit ipsi à Papa delegata hujusmodi cognitio, ad *Text. in cap. sanè il secondo de offic. deleg. Carol. de Grass. de effect. Cleric. effect. 1. num. 32. Gonzal. in cap. quanto de judic. num. 9. Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 9. num. 38.*

6 Papa namque potest delegare cognitionem causæ jurispatronatus laico; ut docent *Lotter. ubi supra num. 39. & alii Doctores ibi relati*, ita tamen ut si in delegatione, commiserit laico; ut constito de pertinentia jurispatronatus alterutrius partis ad præsentationem illius ordinet Ecclesiam; ipse judex delegatus non proinde poterit instituere præsentatum; quia Papa per hujusmodi commissionem non præsumitur præjudicare voluisse habenti instituere, juxta notata superius *Can. IV. V. VI. VII. VIII. Caf. II. per tot. & declaratum fuit ab Alexandro III. in cap. super eo de offic. & potest. jud. deleg. ibi -- Super eo vero, quòd subjungere voluisti si de præsentatione Presbyteri, inter aliquos questione suborta, causam contigerit delegari alicui sub hac forma, ut si constiterit jus, de quo agitur; ad partem alter veram pertinere, ad præsentationem ejusdem de persona idonea ordinet Ecclesiam appellatione remota; an liceat delegato judici, in scio Diocesano Episcopo, vel Archidiacono, vel Archipresbytero reclamante, præsentatum sibi Clericum in possessionem Ecclesie mittere, & an si Archipresbyter, vel Archidiaconus, vel Episcopus, ad quem institutio pertinet, appellaverit, eorum sit appellationibus deferendum. Hoc tuam volumus discretionem tenere, quòd licet questionem, qua de præsentatione vertitur, appellatione remota committamus alicui terminandam, non tamen est nostre intentionis, Diocesano Episcopo, Archidiacono, vel Archipresbytero, præjudicium generare, ideoque præsentandus est illi, qui*

*instituentus fuerit, & tenebit eorum appellatione, si videntes juri suo detrabi, duxerint appellandum &c. --*

- 8 Neque dici potest, quòd saltèm subsidiariè data nimirum negligentia Judicis Ecclesiastici, Laicus cognoscere possit de causa Jurispatronatus; quoniam facienda est distinctio inter Judicem incompetentem, & incapacem; Judex incompetens, ratione negligentiae alterius Judicis fit competens, sed incapax ratione negligentiae non potest fieri capax, ut optimè distinguit *Gonzal. in cap. Qualiter num. 4. de Judic.* Unde cum Laicus respectu causarum spiritualium, vel spirituali annexarum sit incapax, data negligentia Judicis Ecclesiastici, de illis cognoscere non valet. *Marth. de jurisdic. par. 4. cas. 456.*
- 9 Nec obstat verba *Textus in Can. Filius* superius allata, quia ibi non dicitur, quòd ea omnia intimentur auribus Regis, ut de causa cognoscat, sed ut exequatur, quòd à Judice Ecclesiastico, vel à Sacris Canonibus definitum fuit, juxta *Gonzal. ubi supra.*
- 10 Et hoc procedit, siue lis sit super petitorio, siue super possessorio, juxta *Bellemmer. in d. cap. Quanto de Judic. num. 2. §. Ex quo ibi -- Ex quo infero siue super petitorio, & possessorio, siue super petitorio solo, siue super possessorio solo de jure patronatus agatur, causa talis dicitur conjuncta, seu connexa causis spiritualibus, & ideo per Judicem saecularem definiri non valet -- Covarruv. practic. quest. cap. 35. num. 1. §. Verum si.* Nullatenus adversante *Textu in d. cap. Significaverunt*, quia ibi non agitur de dignitate Ecclesiastica, sed de dignitate, & officio saeculari.
- 11 Ratio verò ex adverso perpenfa non officit; Ex eo enim, quòd Laicus sit capax possidendi Juspatronatus, inferri non potest, quòd etiam sit capax de illo cognoscendi, quia Laicus est capax illud possidendi ex gratia, & tollerantia Ecclesie, juxta *Canonem III.*, quæ gratia exorbitans extendi non debet maximè in præjudicium Ecclesie. *Abb. in d. cap. Quanto de Judic. num. 8. Butr. num. 3. & seqq. Bellamer. num. 3. Rocch. de Curt. de jure patron. verb. jus num. 4.*



R. P. D. FALCONERIO.

Comen. Parochialis super recurſu  
ad Judicem Laicum.

Luna 23. Junii 1710.

**J**uxta factum expoſitum in altera deciſio-  
ne hodie coram Me edita, Benediſtus à  
Porta, unà ſimul cum undecim homini-  
bus, ſibi adhærentibus conſtituerunt ſpe-  
cialem Procuratorem, ad effectum habendi  
recurſum ad Prætoſem Laicum Domi-  
ni Helvetici pro annullanda, tam ele-  
ctione in perſonam Caròli Capreræ facta,  
quàm ſententia ſuper illius inſtitutione  
ab Ordinario probata, quibus de facto  
per ſuam ſententiam revocatis, idem  
Prætor ad aliam ex integro electionem  
deveniri mandavit, comminando inſuper  
quampures pœnas contra Electores,  
qui pro illis evitandis, fuerunt coacti  
ſe componere, & infra terminum unius  
diei ſolvere ſcut. 100. ultra expenſas.  
Propoſito propterea dubio -- *An conſtet  
de recurſu Benediſti, & Adhærentium ad  
Judicem Laicum, ad effectum denegandi  
audientiam, & declarandi incurſum pœna-  
rum. Affirmati vè in omnibus DD. respon-  
derunt.*

Siquidem in hujusmodi Cauſis Sacr.  
noſtrum Auditorium cum diſtinctione  
ſemper proceſſit, aut enim recurſus ad  
Judicem Laicum opponitur, ad effectum  
denegandi audientiam recurrentibus, &  
in iſto caſu non requiruntur exactæ pro-  
bationes, ob difficultatem habendi au-  
thentica documenta ab eiſdem Tribuna-  
libus Laicis, in quibus fuit habitus re-  
curſus, ſed leviores ſufficiunt, immo ſo-  
la præſumptiva, ſive veriſimilis probatio;  
Aut verò objicitur, non tam ad dene-  
gandam audientiam, quàm ad decla-  
randos recurrentes incurſos in excom-  
municationem contentam in Bulla Cœnæ  
Domini, atque in alias pœnas à Sac. Ca-  
nonibus comminatas, & tunc requirun-  
tur plenæ, & perfectæ probationes, ut  
caſum à caſu diſtinguendo, firmavit *Rot.  
coram Buratt. deciſ. 446. num. 5., & ſeqq.,  
& dec. 536. n. 4., & ſeqq. coram Cavaler.  
dec. 529. per. tot.*

In noſtris verò circumſtantiis non ſo-  
lum conſtat de dicto recurſu ex ſpeciali  
mandato procuræ in perſonam Jo: Ba-

ptiſtæ Ceppi, ad effectum comparendi  
in Curia Laicali Mandriſſi, & obtinendi  
revocationem electionis Capreræ, ſed  
etiam de effectû ex eodem recurſu ſequi-  
to, nempe de revocatione dictæ electio-  
nis, cum præcepto, nè Vocales quid-  
quam aliud gerere auderent, abſque con-  
ſenſu, & interventu pluralitatis homi-  
num, & Vocalium Terræ Vacalli, & cum  
omnibus aliis ſupra expreſſis; Comper-  
to idcirco per legitimas, & ſpecificas  
probationes de recurſu habito ad Judi-  
cem Laicum, atque de impedimento præ-  
ſtito executioni electionis, & inſtitutio-  
nis Capreræ, per media adeò indirecta;  
Recurrentes non ſolum ſunt incurſi in

<sup>12</sup> pœnam excommunicationis contentæ in  
Bulla Cœnæ Domini §. 16. ſed etiam in  
Sac. Canonibus *in cap. noverit 49., & in  
cap. gravem 53. de ſent. excommun., &  
pluries firmavit Sac. Rota, nempe coram  
Caval. deciſ. 372. num. 1., & 529. eodem  
num. 1. coram Celſo deciſ. 122. num. 1., &  
in recent. deciſ. 8. num. 1. part. 4., &  
alibi.*

Inſuper non ſunt audiendi, ſed repel-  
lendi à limine Judicii, juxta *Text. in  
cap. exceptionem, aliiq. DD. de except.,*

<sup>13</sup> & *Clementina unica eod. tit. Card. de Luc.  
de Judic. diſc. 19. nu. 7. Rot. coram Buratt.  
deciſ. 537. num. 4., & coram Celſo dicta  
deciſ. 122. num. 2., cum ibi relatis.*

<sup>14</sup> Remanent pariter privati omni jure,  
quod habebant, ſive habere poſſent in  
cauſa, ad *Text. in cap. ſi diligenti de foro  
competen., ibi -- Cauſam perdant, & à  
communione habeantur extranei, ibique  
Panormit. num. 17., & ſeqq., Graſſ. de  
effect. Cleric. effect. 1. num. 413., & ſeqq.,*  
& in terminis Patroni, quod per recur-  
ſum ad Judicem Laicum, privatus rema-  
neat jure eligendi *Rot. cor. Priolo dec. 44.  
num. 35.*

Denique tenentur reſicere hominibus,  
qui Capreram elegerunt omnes, & ſin-  
gulas expenſas in Curia Laicali factas, ac  
<sup>15</sup> eis reſtituere ſcut. 100. ſoluta per viam  
compensationis, ad effectum evitandi  
multam corporalem, cum in his mate-  
riis procedatur ad inſtar attentatorum  
ad condemnationem omnium expenſa-  
rum tam judicialium, quàm extrajudicia-  
lium, necnon ad damna, & intereſſe paſ-  
ſa, juxta *Text. expreſſ. in cap. quoniam*  
S. Si



§. Si quis verò de Immunit. Eccles. in 6., & firmavit Rot. in decis. 744. num. 12. par. 4. tom. 3. recent., & coram Cerr. decis. 353. num. 1., & per tot., & coram Celso dicta. dec. 122. n. 5., & cor. Dunoz. jun. dec. 580. nu. 3. 4. & 7.

Non obstat recursus ad Judicem Laicum, & culpam Benedicti, aliorumque suorum Adhærentium, nequaquam obesse posse aliis hominibus nunc comparantibus.

Quia quidquid sit quoad alias poenas; quo verò ad audientiam denegandam, tunc culpa aliorum eis præjudicium non inferret; quando venirent principaliter, & independenter ab illorum commissione, ut dixit Rot. coram Celso in dicta decis. 122. num. 9. Secus verò quando utuntur eadem commissione, & veniunt adhærendo excommunicatis, Butr. in cap. illa quotidiana num. 16. de elect., & in terminis attentatorum, Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. ampliat. 12. num. 1., & seqq. Quinimo habito recurso ad Judicem Laicum speciali nomine illorum, qui Procuratorem ad hunc effectum constituerunt, & generali nomine aliorum, ut ibi -- *Oltre altri Vocali, che hanno il jus d'eligere* -- Eo ipso, quòd ultra expressos in d. mandato procuræ alii comparent, declarare videntur, eos esse illos in genere nominatos, ideoque contra eos sufficit præsumptio generalis contra omnes interesse habentes, ad effectum repellendi à limine Judicii, & denegandi audientiam, Card. de Luc. de judic. disc. 19. nu. 13. Ad den. ad Buratt. dec. 416. num. 8. Ad den. ad Gregor. decis. 96. num. 7. Rot. cor. Bich. decis. 656. n. 13.

Et ita utraque &c.

#### ARGUMENTUM.

Mota lite à Patrono contra Regulares super pertinentia Jurispatronatus Cappellæ existentis in eorum Ecclesia, an illorum Conservator cognoscere possit hujusmodi Causam, sive potius cognitio spectet ad Ordinarium?

#### SUMMARIUM.

- 1 Regulares eligere debent in Conservatorem Personam existentem intrâ Diocesim, aliàs electio est nulla.
- Pars II.

2 Referuntur Doctores agentes de qualitatibus Conservatoris.

3 Conservatores, attentata dispositione juris communis, Sac. Concilii Tridentini, & mente Sac. Congregationis Concilii, cognoscere solum possunt de manifestis injuriis, & violentiis, & non de causis judiciali indagine requirentibus, & n. 4. & 5. Secus si adsit speciale privilegium, & num. 14.

6 Constitutio Gregorii XV. la. 9. non revocatur, sed confirmat dispositionem juris communis.

7 Constitutio non censetur juri communi derogare, sed ab illo passivam interpretationem recipere.

8 Verbum -- in Causis -- in Constitutione Gregoriana appositum, intelligitur pro Causis manifesta injuria. Amplia ut num. 9.

10 Cognitio Causæ super pertinentia jurispatronatus respectu Cappellæ existentis in Ecclesia Regularium spectat ad horum Conservatorem, quando hic vigore specialis privilegii habet cognoscere non solum de manifestis injuriis, & violentiis, sed etiam de Causis Civilibus.

11 Ex eo, quod quis sit Patronus Cappellaniæ erectæ in Cappella, non proinde sequitur, quòd sit etiam Patronus ejusdem Cappellæ.

12 Specialia privilegia Conservatorum Regularium non sunt abrogata nec per Concilium Tridentinum, nec per Constitutionem Gregorianam, & num. 13.

13 Conservatores jurisdictionem habent in iis tantum Causis, ubi Regulares non Actores, sed Rei existunt.

15 Conservator præter Notarium non potest assumere proprios Ministros, sed debet uti Officialibus Curie Episcopalis.

#### CASUS II.

**N**on contentus quidam Patronus Jurispatronatus Cappellaniæ à suis Antecessoribus fundatæ in Cappella erectæ intrâ Ecclesiam Regularium, prætere cœpit Juspatronatus etiam respectu ejusdem Cappellæ; Judicium proinde intente super hujusmodi pertinentia Jurispatronatus coram Ordinario; E contra Regulares existentes in possessione libertatis præfatæ Cappellæ convolarunt ad eorum Conservatorem, qui vigore amplif-



plissimi Indulti Pontificii constitutus Judex cum facultate cognitionis omnium Causarum eorum jura tueretur, & de hac pertinentia cognosceret. Quæro an, & ad quem spectet hujusmodi cognitio?

- 1 Regulares habentes privilegia, vel communicationem privilegiorum eligendi Conservatorem, qui defendat eorum jura, bona, & privilegia ab injuriis illis illatis, uti sunt Olivetani, Canonici Regulares Lateranenses, Fratres Minimi, Camaldulenses, Clerici Regulares Sancti Pauli decollati, Societatis JESU, Equites Hierosolymitani; possunt, immo debent eligere in Conservatorem in unaquaque Diœcesi, in qua Monasteria, Conventus, seu Domos habent, personam existentem in eadem Diœcesi, non verò extra Diœcesim commorantem, aliàs electio esset nulla, ut resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii in *Agrigentina* 27. *Maji* 1634. *Zib. decis.* 15. pag. 65., & novissimè in *Nullius Altamura Conservatoris, & exemptionis* 3. *Augusti* 1715. in *responsione ad primum, & secundum, & 8. Febr.* 1716.
  - 2 ad primum. Qui autem, & quales debeant esse hujusmodi Conservatores, quæ eorum jurisdictio, hic nostri non est pertractare, sed de his omnibus videri poterunt *Lezzana in Summ. tom. 1. par. 2. cap. 10. Barbof. in Summ. decis. Apostolic. verb. Conservator, & de offic. & potest. Episcopi par. 2. alleg. 106. Passerin. in cap. 1. & ultim. de offic. Judic. delegat. in 6. Roderic. Emanuel quæst. Regul. tom. 1. q. 65. Respondendo igitur ad quæstionem.*
- Videtur dicendum, cognitionem hujus Causæ super pertinentia Jurispatronatus etiam respectu præfatæ Cappellæ existentis intrà Ecclesiam Regularium spectare ad Episcopum, non verò ad Conservatorem, sive perpendatur dispositio juris, sive decretum Sac. Concilii Tridentini, sive inveterata opinio Sac. Congregationis Concilii.
- Et quidem perpensa Juris, & S. Canonum dispositione; Conservator se ingerere non valet in cognitione prædictæ
- 3 Causæ contentiosæ, & judicialem telam exigentis; dum Conservatores de jure communi non aliam habent potestatem, nisi defendendi Regulares sibi commissos à manifestis injuriis, & violentiis, non verò cognoscendi Causas civiles, & con-

tentiosas, ut expressè sancitum fuit ab Innocentio IV. in *cap. 1. de offic. & potest. Judic. delegat. in 6. ibi -- Statuimus, ut Conservatores, quos plerumque concedimus à manifestis injuriis, & violentiis, defendere possint quos eis committimus defendendos: Nec ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam possint extendere potestatem; & in cap. final. eod. tit., & docent Donat. in *prax. tom. 1. tract. 17. q. 8. n. 4. & q. 16. num. 2. & 4. Barbof. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 106. num. 30. Roderic. quæst. Regul. tom. 1. q. 65. num. 13. Gavant. in Manual. Episc. verb. Conservatores nu. 20. & seq. Pellizzar. in Manual. to. 2. tract. 8. cap. 8. sect. 4. num. 114. Cocchier. de jurisd. Ordin. in exempt. par. 1. q. 39. num. 6. Tamburin. de jur. Abbat. to. 3. disp. 17. q. 2. n. 2. & seqq. Pignatell. consult. 165. num. 4. to. 1. consult. 25. num. 6. tom. 2. & consult. 1. n. 6. tom. 3. & consult. 33. per tot. tom. 8. Card. de Luc. in *Miscell. Eccles. disc. 1. num. 67. & de Regul. disc. 52. num. 11. & de jurisdict. disc. 49. nu. 4. Rot. decis. 184. n. 2. 1. par. 11. recent.***

- 4 Inspecta autem dispositione Concilii Tridentini; decernitur ab eo in *cap. 1. sess. 14. de reform.* quòd Conservatores nullum habeant Tribunal ibi -- *Non liceat quoque Conservatoribus Judicibus ullum habere Tribunal --* ex quibus verbis deducitur Conservatores carere omni potestate Tribunalis contentiosi, & consequentes cognoscendi Causas civiles telam judicialem exigentes, ut explicando mentem Sac. Concilii Tridentini advertunt *Card. de Luc. de jurisdict. disc. 4. n. 14. & disc. 49. num. 4. Barbof. de potest. Episc. alleg. 106. num. 43. Pignatell. consult. 33. num. 18. tom. 8.*
- 5 Attenta denique opinione Sac. Congregationis Concilii, hæc in omnibus resolutionibus captis in contingentia Casuum semper fuit, quòd Conservatores non habeant potestatem cognoscendi Causas civiles contentiosas, ut legi potest apud *Pignatell. d. consult. 33. tom. 8. Pascucc. in compend. ad consult. Pignatell. par. 2. tit. de Regul. pag. 510. Gavant. in Manual. Episcop. verb. Conservatores n. 20. & judicavit in Papien. Conservatorum 6. Junii 1682., & in Constantien. 9. Aprilis 1701. ubi Sac. Congregatio ita rescripsit ad Episcopum Constantien. ibi -- Quod am-*



amplitudo tua saepe dictis remediis juris utatur contra Regulares exemptos Ordinarium Judicem recusantes, Judices enim Conservatores nequeunt cognoscere causas contentiosas, minusque civilia interesset concernentes, juxta disposita per Concil. sess. 14. cap. 5. de reform.

His omnibus adversari non videtur novissima Constitutio Gregorii XV. la. 9. per quam generaliter nulla facta distinctione agatur de manifestis injuriis, & violentiis, vel de causis civilibus judicialem discussionem requirentibus, statuitur, quod ubi Regulares Rei extiterint, sint conveniendi coram eorum Conservatoribus, ubi verò sint Actores coram Ordinario ibi-- Ad hæc statuit Sanctitas Sua, ut coram ipsis Conservatoribus Regulares, ac personæ suprascriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii Actores fuerint nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in iis tantum in quibus Rei extiterint. Unde cum in præsentiarum, ubi Patronus prætendit jus patronatus non solum respectu Cappellanæ, sed etiam respectu Cappellæ existentis in Ecclesia Regularium, isti sint Rei; sequitur, quod sint conveniendi coram eorum Conservatore, non verò coram Ordinario.

6 Quoniam per hanc Constitutionem Gregorius XV. non recessit à dispositione juris communis, sed solum aliquid plus superaddidit circa qualitatem personarum eligendarum in Conservatores, quod in dispositione juris fuit omissum, immo hanc confirmavit, ut firmant Pignatell. consult. 1. num. 5. & seq. tom. 3. & consult. 33. num. 20. & seq. tom. 8. Ventrigl. in prax. par. 1. annot. 27. §. unic. num. 5. Pellizzar. in Manual. tom. 2. tract. 8. cap. 8. sect. 4. num. 114. Baruf. resol. 103. à num. 14. ad 20. Si ergo Constitutio Gregoriana confirmavit dispositionem juris in d. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. prohibentis Conservatores apponere manus in Causis contentiosis, & telam judicariam requirentibus, planum remanet, quod hujusmodi Constitutio confirmaverit quoque prohibitionem istam, nè Conservatores sese ingerant in Causis civilibus, & contentiosis, in quibus sunt Rei, ex regula,

Pars II.

quod confirmatio semper intelligitur ad limites actus confirmati. Baruf. resol. 126. num. 6. & seqq. Rot. decis. 573. num. 25. par. 19. tom. 2. rec.

Et propterea obstare non videntur verba illa generalia, & illimitata Constitutionis Gregorianæ, qua definiri videtur Regulares esse conveniendos coram Conservatore si Rei extiterint, quia hujusmodi interpretatio deducta ex generali illo verbo in Causis, procedere nequit, ubi dispositio juris est in contrarium; nam tunc generalitas restringitur ad terminos juris, nè ab illo inducatur recessus, quia regulare est, quod unquam Constitutio in sua verborum generalitate censeatur juri communi derogare, sed ab illo passivam interpretationem recipiat juxta subjectam materiam. Rot. coram Coccin. decis. 1788. num. 79. coram Bichio decis. 295. num. 1. decis. 407. num. 7. & in recent. decis. 428. num. 16. par. 4. tom. 2. & decis. 303. num. 12. par. 19., & in Nulius, seu Montis Cassinen. manutentionis 10. Junii 1712. §. Caterum coram R. P. D. Lancetta. Ac proinde verbum illud Constitutionis -- in Causis -- explicandum, & intelligendum est ad formam dispositionis juris, nempe pro causis manifestæ injuriæ, & in forma extrajudiciali, non autem in figura Judicii, & Tribunalis contentiosis, quod Conservatores assumere, & habere nequeunt, ut explicando tenent Donat. in prax. quest. Regul. tom. 1. tract. 17. q. 16. num. 3. Valasch. consult. 152. num. 8. & seq. ibi -- Quamvis litera Conservatorie habebant illa verba -- in quibuscumque Causis -- non censentur ampliata ad cognoscendum de omnibus causis, sed debent referri ad causam pro manifestis injuriis, & violentiis, nè recedatur à jure communi -- Barbos. de potest. Episc. par. 3. alleg. 106. num. 4. vers. quibus non obstantibus, Pignatell. consult. 33. num. 7. 17. & 25. tom. 8. Baruf. resol. 103. à num. 14. ad 20. & resol. 126. à num. 9. ad 16. ibi -- Licet in dicta Bulla Gregor. sub §. 9. aliquid tangatur respiciens cognitionem judicialem, quatenus Regulares sint Rei, non autem Actores in causa; adhuc sensus verborum ibi appositorum venit potius suppositivè, quàm dispositivè intelligendus, nè dicatur concessa jurisdictio ampliativa cum indirecta derogatione Conciliaris dispositionis, quæ non pateret.

Bbb 2

tere-



teretur, ut similes Conservatores erigant Tribunal formate pro defensione Regularium cum judiciali indagine &c. Privilegia Regularium in ordine ad auctoritatem eorum Conservatorum esse restricta vigore dicta Bulla Gregorii XV. ad tenorem Constitutionis Bonifacii, qua solum comprehendit defensionem à manifestis injuriis &c. idemque etiam declarasse sa. mem. Innocentium X. ex mente Sac. Congregationis Concilii.

- 9 Eoque magis prædictum verbum -- In causis, ita est intelligendum, quia Constitutio Gregorii emanavit ad coercendam potius, quam ad ampliandam Conservatorum facultatem, & ad restituendam Ordinariis jurisdictionem, quam illis usurpaverant Conservatores sub specie quorundam Privilegiorum, quæ revocavit dicta Constitutio, ut videre est in illius §. 1. ut bene ad rem observant Pignatell. consult. 25. num. 6. tom. 2. Baruf. resol. 103. num. 15. & resol. 126. num. 6. Si ergo dicta Constitutio emanavit favore Ordinariorum, necessariò fieri cogimur, quòd Gregorius intellexerit solum de causis continentibus violentias, & manifestas injurias nequaquam verò de causis contentiosis, in quibus Regulares Rei, sive Actores existant, adire tenentur Ordinarium, alias quippò idem Pontifex ampliasset Conservatorum facultas, quas restringere profitebatur, & favor erga Ordinarios elargitus in eorum odium retorquetur contra regulam Text. in l. quod favore ff. de leg. de qua Rot. decis. 79. nu. 5. coram Peutinger. & in recent. decis. 178. num. 8. par. 5. & dec. 234. num. 19. par. 18. Et ideo ex his, aliisque rationibus invaluit communis opinio Doctorum, qui scripserunt etiam post Constitutionem Gregorii XV. unanimiter tenentium Religiosos etiam reos non posse conveniri coram eorum Conservatoribus, sed coram Ordinario, ut apud Rodric. quest. regul. tom. 1. quest. 65. art. 15. per tot. Barbos. de potest. Episc. alleg. 106. num. 40. Leo in thesaur. for. Eccles. par. 2. cap. 3. nu. 102. Matthæus. in offic. cur. Regul. cap. 11. n. 12. Postell. in dub. regul. verb. Conservatores num. 8. Baruf. resol. 103. n. 19. & resol. 126. à num. 9. ad 16. Pignatell. dicta consult. 33. tom. 8.
- 10 Hæc omnia, quæ in quadam consimili

causa in Signatura Justitiæ ventilata (in qua ego sub nomine mei Patru scripsi) exadverso scribente afferbantur, suadere videntur cognitionem hujus controversiæ inter Regulares, & Patronum spectare ad Ordinarium, & non ad Conservatorem; sed re maturè perpenfa contrarium venit in hoc casu dicendum; Quoniam Summi Pontifices ex specialibus Indultis elargitis præfatis Regularibus, amplissimam eorum Conservatoribus concesserunt Jurisdictionem non solum pro reparandis injuriis, & violentiis, quæ sive per Laicos, sive per Ecclesiasticos, sive per Episcopos, sive per Archiepiscopos quomolibet inferri valuissent adversus eorum Privilegia; verum etiam pro tuitione omnium, & singulorum bonorum, jurium, reddituum, ac Proventuum, ac defensione eorum possessoris, cum potestate compescendi per censuras quascumque Violatores, Occupatores, sive molestatores, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem summarie, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, sola facti veritate inspecta, in aliis verò, prout qualitas eorum exegerit justitiæ complementum, super addita derogatione præmissarum Constitutionum Innocentii IV. & Bonifacii VIII. aliorumque Prædecessorum, per quas valuisset dictis Conservatoribus interdici jurisdictione excommunicandi, suspendendi, vel ad judicium evocandi.

Quibus stantibus Privilegiis favore eorumdem Regularium, cum indubitanter potestas eorum Conservatorum non sit restricta ad tramites præmissorum decretalium super solis injuriis, & violentiis, sed eorum jurisdictione sit ampliata super omnibus causis civilibus, in quibus ipsi Rei existunt, sequitur, quòd iidem Regulares molestati à Patrono in possessione, quam habent libertatis præfatæ Cappellæ, prætendendo nimirum jus patronatus etiam respectu illius; conveniri non possint nisi coram eorum Conservatore; maxime cum hæc prætentio Patroni fundata pure, & præcisè, in Jure patronatus respectu Cappellanæ in dicta Cappella fundata, videatur manifesta violentia, dum ex eo, quòd quis sit Patronus Cappellanæ erectæ in Cappella, non proinde sequitur, quòd sit etiam Patronus ejusdem Cap-



Cappellæ, cùm aliud sit Capella, aliud verò Cappellania in ea existens *Card. de Luc. de jurepat. disc. 12. nu. 6. Rot. in Conchens. Præminentiarum 4. Maji 1705. S. f. nal. coram Eminentissimo Scotto.*

12 Nec similia Privilegia prædictis Regularibus concessa fuerunt revocata, seu abrogata, sive à Sac. Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 5. de reform.*, sive per dictam Constitutionem Gregorii XV. Nam in ordine ad Concilium, licet ibi decernatur ut literæ Conservatoriarum nemini suffragentur, quin in causis criminalibus, & mixtis possit eorum Episcopo accusari, & conveniri; nihilominus, quia sub eadem Conciliari sanctione præservantur Privilegia Regularium, ut ibi -- *Regularia loca, eorumque persona in præsentis Canone minime comprehensa, sed exempta omnino sint, & esse intelligantur* -- propterea *Fagnan. in cap. tuarum de privileg. num. 38.* tuetur quòd ex contextu ejusdem sanctionis Conciliaris -- *Regulares, nec ratione delicti in causis criminalibus, nec ratione contractus, nec rei sita in causis civilibus posse coram Episcopo accusari, aut conveniri, sed eorum exemptiones salvas permanere* -- & restatur ita fuisse resolutum à Sac. Congregatione Concilii in una *Mantuanana*, & *num. 39.* concludit, quòd salva remanent Regularium privilegia, quorum præservatio etiam generaliter habetur in *cap. 20. sess. 25. de regul. in fin.* his verbis -- *in cæteris omnibus prælatorum ordinum privilegiis, & facultatibus, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firmas sint, & illata* -- & equidem per allegatam dispositionem Sacri Concilii Tridentini non fuisse abrogatam jurisdictionem per Apostolica Privilegia indultam Conservatoribus defendunt præter *Fagnan. ubi supra Barbof. ad idem concil. num. 3. Emanuel. Roderic. quest. Canon. & Regul. quest. 65. art. 13. S. Nec supradictis Tumburin. de jur. Abbat. tom. 3. quest. 1. disput. 17. num. 8., idem Barbof. summ. Apostolic. dec. 116. n. 21. Rot. coram Ubold. decis. 239. & decis. 285. num. 11. par. 15. rec.*

13 Quòd autem attinet ad Gregorianam Constitutionem, ibi præscribitur certa forma deputandi Conservatores, ut sint in aliqua Dignitate constituti, sive Canonici, sive Judices Synodales, & quoad jurisdictionem statuitur, ut coram Con-

servatoribus Regulares conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, itaut ipsi Conservatores jurisdictionem habeant in jis tantum causis, ubi Regulares non Actores, sed Rei existunt; Ex qua literali sanctione in comperto habemus, quòd ubi Regulares sunt rei, & pertractatur de defensione eorum Ecclesiæ, sive propriorum bonorum, reddituum, jurium, & proventuum, non fuerint sublata eorum Privilegia. *Lezzan. in Sum. to. 1. par. 1. cap. 3. num. 11. in fin. & par. 2. cap. 10. num. 67. Ventrigl. in prax. for. Eccles. annot. 27. S. unic. nu. 8. Card. de Luc. de Regul. disc. 1. num. 33. & disc. 51. num. 15. Rot. dicta decis. 285. num. 6. par. 15. rec.*

14 Absque eo, quòd in minimo perturbent ea, quæ superius in contrarium adducebantur; Illa enim procedunt attentis puris terminis juris communis, non verò quando concurrunt prout in præsentiarum Privilegium speciale Apostolicum, per quòd Conservator constituatur Judex omnium Causarum, sive manifestæ injuriæ, & violentiæ, sive civilium, siquidem in casu, quo adsit hujusmodi speciale Privilegium Regulares etiam in Causis civilibus, quando sunt Rei conveniri debent coram eorum Conservatoribus, & non coram Ordinario, juxta *Gloss. in cap. statum de offic. & potest. Judic. deleg. in 6. ibi* -- *Et ista vera sunt, nisi in Privilegiis istorum, vel aliorum, quibus dati sunt Conservatores, aliud diceretur, videlicet ut possint cognoscere de injuriis, & aliis causis, etiam si requirerent judicalem indignem* -- *Barbof. de offic. & potest. Episcopi alleg. 106. num. 52. ibi* -- *Hec omnia à nobis supra relatata procedunt de jure communi attentata dispositione, Textus in dicto cap. 1., & ultim. de offic. deleg. in 6., quæ quidem locum non habebunt, quoties in Bulla Conservatoria, amplior forma à Summo Pontifice fuerit concessa, tunc enim illa inspicienda erit* -- *Card. de Luc. de Regular. disc. 51. num. 16., Lezzan. in Sum. tom. 3. de Regul. Carmelit. pag. mibi 260. S. 107. Rot. coram Ubold. decis. 239. num. 2. ibi* -- *Tandem id procedit in nudis Conservatoribus, non autem in iis, in quibus retento eodem Conservatorum nomine major à Summo Pontifice potestas attributa est, ut quia Judices à Papa appellantur, vel habeant. facult.*



cultatem in Privilegio expressam cognoscendi de injuriis, & aliis causis, etiam si requirant judicialem indaginem -- & decif. 283. num. 6. par. 15. rec. ibi -- Hodie Regulares in omnibus Causis, in quibus Rei existunt, etiam si non agatur de manifestis injuriis, possunt, ac debent conveniri coram eorum Conservatoribus -- & resolutum fuit à Sac. Congregatione Concilii in Papien. Conservatorum 6. Junii 1682. ubi proposito dubio -- An conservatores prædicti possint cognoscere causas Regularium judicialem discussionem requirentes tam ubi Regulares sunt rei, quam ubi sunt actores -- responsum fuit negativè, nisi adsit privilegium in contrarium -- Qui quidem Conservator licet vigore specialis privilegii possit cognoscere de hujusmodi Causis judicialem indaginem requirentibus, tamen erigere Tribunal non valet, nec proprios assumere Ministros præter Notarium, sed debet uti officialibus Curiae Episcopalis, ut definitum fuit ab eadem Sac. Congregatione Concilii in Faventina jurisdictionis 17. Septembris 1667. lib. dec. 25. pag. 442. ad quartum Dubium Conservatorum 28. Januarii 1669. lib. dec. 30. pag. 249.

### ARGUMENTUM

Tempus à jure præfinitum quando currat, & quando non currat lite pendente super Jurepatronatus, & ejus possessione.

### SUMMARIUM.

- 1 Patronis inter se contententibus super jurepatronatus, & ejus possessione currit tempus. Intellige ut ibi.
- 2 Lite pendente inter Episcopum, & Patronum super jurepatronatus non potest Episcopus liberè ordinare Ecclesiam elapso quadrimestri, aut semestri, si clarè non constet Ecclesiam esse liberam, secus si clarè constet de libertate, aut Episcopus sit in possessione liberè conferendi Beneficium, & num. 19. Et quare? Vide ibi.
- 3 Clausula verificato, quòd Juspatronatus ex fundatione, vel dotatione existat -- executionem gratia suspendit usquequo per concludentes probationes fuerit justificata, nec sufficit pro ejus verificatione, quasi possessio præsentandi, & num. 17.

- 4 Patronus incidens in hæresim amittit juspatronatus, & Beneficium acquirit libertatem. Limita ut num. 5.
- 6 Reservato jurepatronatus favore filiorum, & descendentium Fundatoris masculorum dumtaxat; illi, qui non sunt ita descendentibus reputantur tamquam extranei, & exclusi.
- 7 Libertas Beneficii ex quibus probetur, & num. 8. & 11.
- 9 Concordia inita inter Provisum Apostolicum, & prætensum Patronum, in scis Ordinario, & Promotore Fiscali immutare non potest præcedentem statum liberum Beneficii, & num. 12. Amplia ut num. 10.
- 13 Lis dicitur pendere donec ejus decisio habeatur à re judicata.
- 14 Litera Coadjutoria, vel Resignationis cum consensu prætensi Patroni effectuate non citatis Ordinario, & Promotore Fiscali, de libertate Beneficii contententibus, non præjudicant eidem libertati, & num. 15.
- 16 Patronus, qui non præsentavit bona fide fructus juspatronatus non facit suos.
- 18 Collatio de libero plenè effectuate, licet remota habeatur pro ultima, quando posteriores collationes fuerint detectæ turbida, & litigiosa.
- 20 Juspatronatus gentilitium in ultimo de familia sit hereditarium.

### CASUS III.

Quæro in hoc Casu, an, & quando currat, & quando non, tempus à jure præfixum Patronis ad præsentandum, lite pendente super jurepatronatus, & super ejus possessione?

- 1 Pro cujus resolutione procedendum est cum distinctione; Aut lis est inter ipsos Patronos, super pertinentia juspatronatus, & super ejus possessione, & tunc currit tempus, adeo ut Episcopus à die vacationis beneficii teneret expectare terminum sex mensium si agatur de jurepatronatus Ecclesiastico, aut mixto; quatuor verò mensium, si de jurepatronatus laicali pertractetur; quo elapso si lis tam super proprietate, quam super possessione inter Patronos non fuerit finita absque ulla culpa Episcopi poterit iste liberè ordinare Ecclesiam, ut docent Abb., & Anan. in supradictis Canon. XXII. & XXIV. nu. 3. & 2. & in dicto Can. XXIII. num. 3. & 5.

Lam-



*Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 2. quest. 1. art. 9. n. 7. & art. 10. Vivian. eodem tract. par. 2. lib. 7. cap. 3. num. 3. Secus si non fuerit terminata ex culpa Episcopi, & Patroni fecerint instantiam, ut deductis omnibus juribus Episcopus finiat litem intra terminum juris; Vivian. ubi supra nu. 16.*

2 Aut lis est inter Patronum, & Episcopum ante vacationem beneficii, eo quia Episcopus pretendat Ecclesiam esse liberam, vel se esse in possessione illam liberè conferendi, vel presentatum à Patrono non esse idoneum, & tunc aut constat clarè de libertate Ecclesiæ, & de possessione illam liberè conferendi, & Episcopus non tenetur expectare lapsum termini, sed statim data vacatione Ecclesiæ, potest illam liberè providere de Rectore *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 2. quest. 1. dicto art. 9. num. 10. & seqq. Rot. in Lucana beneficii 22. Febr. 1709. S. Aliquod non inferente coram R. P. D. Falconerio inferius impress.* Aut de hujusmodi libertate, & possessione clarè non constat, & tunc non currit tempus, nec elapso quadrimestri, aut semestri potest Episcopus liberè ordinare Ecclesiam, sed pendente lite debet in illa constituere Oeconomum, ut fideliter ejus bona administret; Ratio est, quia aliter daretur occasio fraudibus, dum Episcopus data opera posset fingere causas litigandi cum Patrono, & procrastinare litem, ut sic elapso termino valeret liberè conferre Ecclesiam, ut optimè animadvertunt *Anan. in dicto Can. XXII. num. 2. ibique Barbos. num. 6. Fagnan. in cap. quoniam de jurepat. num. 18. & seqq. Lambertin. ubi supra nu. 11. Vivian. eodem tract. par. 2. lib. 7. cap. 3. num. 6.*

R. P. D. FALCONERIO.

Lucana Beneficii.

Veneris 22. Februarii 1709.

Constructo in Cathedrali Ecclesia Lucana Altare sub invocatione S. Laurentii à Nicolao de Arrighis, datoque placito suis hæredibus circa Missarum celebrationem, & alia onera adimplenda, juspatronatus ad ipsorum favorem in ejus testamento condito de anno 1435. his verbis reservavit -- *Cujus quidem Altaris Patronos reliquit, fecit, esseque voluit & o. Dominum Gregorium qu. Arrighi de Arri-*

*ghis, & providum virum Laurentium ejus fratrem, & filium dicti qu. Arrighi, nepotes dicti testatoris, & quemlibet eorum, & quoscumque alios eorum, & cujuscumque eorum filios, & descendentes masculos dumtaxat ex legitimo matrimonio procreatos.*

In adimplementum recentis dispositionis, non solum onera declaravit Laurentius unus ex hæredibus dicti Nicolai, unusque ex Patronis, sed ulterius idem Altare dotando, iterum de anno 1467. juspatronatus ad sui favorem, ac filiorum Gregorii fratris spectare debere præfinivit, ut ibi -- *Item quod ipse Laurentius toto tempore sue vitæ, & post ejus mortem, Luvisus, & Gherardus ejus nepotes, & filii D. Gregorii prædicti, & alii ex eis per lineam Masculinam descendentes sint, & esse intelligantur veri, & legitimi Patroni ipsius Altaris, & Cappellani Sancti Laurentii, & ad eos spectet, & pertineat juspatronatus, & electio, nominatio, & presentatio Cappellanorum ipsius Altaris in futurum eligendorum, & receptio, & confirmatio ipsorum Cappellanorum spectet, & pertineat ad Capitulum Canonicorum ipsius Ecclesiæ S. Martini.*

Extincta linea de Arrighis in Gherardo ultimo ex descendibus masculis, juspatronatus, è gentilitio in hæditarium transiit ad commodum Philippi de Calandrinis, hæredis ejusdem Gherardi, qui quadraginta annorum decursu pacificè, & absque ulla contradictione quatuor explevit presentationes: Verum quia Julianus istius filius, recedendo ab infallibilibus Sacrosanctæ Catholicæ fidei dogmatibus de anno 1566. prolapsus in hæresim Calvinianam Genevam se transtulit; Hac de causa Lucana Respublica eundem uti incursum in crimen læsæ Majestatis Divinæ, & uti Rebellem, ad poenam ultimi supplicii, & confiscationis bonorum condemnavit, & Ordinarius una cum Capitulo, obventa sub anno 1572. vacatione dictæ Cappellaniæ, eam recognoscendo exemptam à servitute Patronatus, liberè contulit Josepho de Galganis; E contra verò Franciscus Jacobus, & Vincentius de Arrighis de anno 1587. sub credulitate, quòd essent de familia Fundatoris, obtinuerunt à Vicario Generali Pisano, Delega-



to Apostolico, reintegrationem ad prædictum juspatronatus, cujus sententia, tametsi non appareat executioni demandata, adhuc præbuit causam, ut nullus ferè impostero stabilis, & pacificus status djudicari possit.

In ultima tandem vacatione de mense Decembris 1706. Ordinarius, & Capitulum eandem Cappellaniam Paulo Francisco Finuccio contulerunt unà cum subsequuta possessione: Ursula Camigliana, & Magdalena de Rubeis, uti hæredes ab intestato Francisci Arrighi sine prole defuncti, reservata pensione ducentorum 25. pro medietate divisa inter Jo: Baptistam Martinellum, & Sebastianum Matthiam Pellum, præsentarunt Franciscum Mariam Nerium, qui pensioni consentiendo literas pro præsentato de mense Octobris 1707. à Sancta Sede reportavit: Et Philippus Calandrinus ad Sanctam Catholicam Fidem reversus, & in Patria receptus, præsentavit Balthaxarem de Baldaxaris. Delata interim hac triangulari contentione, ad Tribunal Signaturæ Justitiæ, fuit mihi directa Commissio cum clausula -- *Circumscripta possessione, & apposto sequestro* -- cujus facti Thesis, quamvis videatur à tot inter se pugnantibus Beneficii collationibus involuta, atque multiplicibus juris ambagibus circumsepta; Attamen in hodierna Audientia à me proposita sub dubio -- *An litera Apostolica sint exequenda, vel potius, an & cui sit danda institutio* -- à Patribus extitit definita -- *Literas Apostolicas non esse exequendas, & institutionem esse dandam Paulo Francisco.*

Quo enim ad primam partem dubii nullam promereri possunt executionem Literæ Apostolicæ, uti deficientes in principali narrativa existentia juspatronatus, ac in verificatione Franciscum Mariam fuisse præsentatum à veris, & legitimis Patronis *Cassador. decis. 4. nu. 10. & 12. de probat. & decis. 7. nu. 1. & 2. de jurepatron. Rot. decis. 31. num. 1. par. 1. divers. & coram Duran. decis. 87. num. 17.*

3 Et præsertim attenda causa in eisdem Literis apposta -- *verificato prius coram te, quod dictum juspatronatus, ex fundatione, vel donatione existat, ut præfertur, quæ conditionem importat, & executionem gratiæ suspendit usque quo per plenas, con-*

cludentes, & legitimas probationes fuerit justificata *Ros. de execut. literar. Apostolic. lib. 1. cap. 4. il. 2. num. 124. & 125. Vioian. de jurepatr. lib. 13. cap. 8. num. 2. Rot. coram Duran. d. decis. 87. num. 18. & 19. & coram Cerro decis. 370 num. 6. & 7. & in recent. decis. 15. num. 12. par. 14. & decis. 331. num. 2. par. 15.* Quod absque ullo prorsus dubio procedit in hypothese, in qua adest contradictor, uti de libero provifus: Et Ordinarius, sive ejus Promotor Fiscalis est in causa, ut bene profequitur idem *Rosa loc. citat. num. 125. & 126.* cum omnis juris præsumptio urgeat pro libertate Beneficii, *Canon. decretum est 10. quest. 1. & Can. omnes Basilica 16. quest. 7. Innocen. in cap. cum Venerabilis num. 9. de except.* Ideoque probationes in suo genere perfectæ non tam ad possessorium, quam ad petitorium proferri debent. *Posth. de manut. observat. 32. n. 27. in fin. Rot. coram Millin. dec. 42. num. 3. & in rec. dec. 235. n. 1.*

Hujusmodi autem rigorosa probatio juspatronatus à justificationibus usque nunc exhibitis non deducitur; dum illius existentia de diametro pugnat cum libertate Beneficii usque de anno 1572. propter hæresim Juliani Calandrini ab Ordinario recognita. Et indubitatum est Patronum in hæresim labentem Patronatum amittere, & Beneficium uti liberum remanere sub potestate Episcopi. *Vioian. de jurepatron. lib. 15. cap. 2. num. 5. Lambertin. in eodem tract. lib. 3. quest. 8. artic. 8. num. 22. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 9. n. 31. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 24. num. 27. Sanchez in præcept. Decal. lib. 2. cap. 19. n. 16. & 17.*

5 Neque libertas Patronatus ancipiti ponitur ab illius qualitate gentilitia, ob quam jure hæreditario transire non potuit in Calandrinus, dum supererant Franciscus Jacobus, & Vincentius de Arrighis, proximiores Descendentes de eadem Familia Arriga Nicolai Fundatoris, quibus nullum præjudicium irrogare valuit delictum Juliani Calandrini, cum ex illius persona non venirent, sed jure proprio, & uti vocati ab eodem Fundatore; immo in isto casu etiam si delictum fuisset commissum ab aliquo de Familia, tamen juspatronatus, non nisi temporaliter, & durante vita Delinquentis confiscari



ficari potuisset, & deinde ex lege fundationis transire debuisset ad alios de Familia in fundatione honoratos, ut præmissam conclusionem limitando firmat Sanchez loc. cit. num. 15. & 17. sequit. à Frinacc. de heresi qu. 190. §. 1. sub n. 24.

6 Error quippe est in supposito, dum juspatronatus fuit reservatum favore filiorum, & descendendum masculorum -- dumtaxat duorum nepotum ipsius Fundatoris, vel pro descendentibus per lineam masculinam ex Luvifo, & Gherardo filiis Gregorii, ac propterea non ostenso, quòd Franciscus Jacobus, & Vincentius de Arrighis descenderent à dictis nepotibus, sive pronepotibus Fundatoris, ad quorum favorem juspatronatus erat specialiter restrictum, & reservatum veniunt idcirco considerandi tanquam extranei, & exclusi; Riminald. jun. cons. 371. num. 77. cum duobus seqq. lib. 4. Rot. coram sa. me. Alex. VIII. decis. 217. num. 1. & seqq., & in recen. decis. 15. num. 22. & seqq. par. 7. & in Meliten. seu Panormitana Patrimonii 6. Junii 1708. cor. R. P. D. meo Lancetta.

Replicatione non attenta, quòd tunc firmata procederent, quandò nunc dicti de Arrighis instarent admitti ad præsentandum: At quia usque tunc considerantes, neque delictum Calandrini, neque devolutionem ab Episcopo acceptatam, sibi obstitisse; Obtinuerunt à san. me. Sixto V. causam per Breve committi Archiepiscopo Pisano, sive ejus Vicario Generali, à quo de anno 1587. sententiam super eorum reintegratione ad dictum juspræsentandi reportarunt, & fuerunt canonizati proximiores de agnatione, & familia de Arrighis; Ideoque frustratorium nunc reddatur amplius perquirere eorum descendendam.

7 Quoniam ista sententia nunquam fuit executioni demandata propter continuationem provisi ab Ordinario in possessione Beneficii usque ad ejus obitum, quòd maximopere confert pro illius statu libero, ex firmatis à Rota post Vivian. decis. 25. num. 7., & in Cremonen. Beneficii 11. Maji 1705. §. Nec provisioni, & 14. Maji 1706. §. Tum etiam quia coram R. P. D. meo Kaunitz, à quibus decisionibus etiam si fuisset postea recessum cum subsequuta sententiæ Rotalis infirmatione, Pars II.

ut habetur ex decis. edita coram R. P. D. meo Lancetta 3. Decembris 1706. Attamen alia fundamenta dederunt causam mutationi, ut bene observat Rota in Mediolanen. Beneficii prima Aprilis 1707. §. Tertius casus in fine coram R. P. D. meo Ansaldo. Prout pariter subsequuta provisio de anno 1605. in personam Fœlicis Trenta, qui non obstante contradictione præsentati ab Arrighis, suam possessionem continuavit usque ad assecutionem alterius incompatibilis, ob quam dictum Beneficium à Sede Apostolica fuit liberè collatum de anno 1607. Vincentio Landinello, quæ omnia ineffectuacionem Sententiæ concludunt, & maximopere favent libertati beneficii. Rota in recen. decis. 321. num. 21. & seqq. part. 9. & decis. 514. num. 7. & 8. par. 13. & decis. 136. num. 20. par. 19. & in dicta Cremonen. Beneficii 11. Maji 1705. §. Tanto magis, & 14. Maji 1706. §. Tum etiam in fin., & §. His verò adnectebatur.

Accedit insuper eamdem sententiam non fuisse aptam immutare statum liberum Beneficii, non solum quia ex Actis non justificatur juxta sensum Rotæ in supradicta decis. 514. num. 6. Verùm etiam quia ex ipsius lectura detegitur erronea, cum Judex dd. de Arrighis admiserit ad præsentandum -- tanquam de familia, agnatione, & denominatione de Arrighis -- quod ex præmissis non sufficit, sed necesse est, juxta præscripta in lege fundationis, ut sint de vera, & effectiva descendencia masculina nepotum, sive pronepotum Fundatoris: Unde cum manifestissimus sit error, & in eadem sententia expressus, illa non venit consideranda. Paul. de Castro in l. cum prolatis ff. de re judicat. Rota coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 263. num. 9., & in Melevisana juspatronatus 31. Martii 1702. §. Prout neque coram R. P. D. meo Scotto, & in supradicta Cremonen. Beneficii 11. Maji 1705. §. Equè infelicitè, & 14. Maji 1706. §. Ex quo factò in fin., & §. Tum demum quia.

Et re vera si isti Arrighi originem habuissent à descendencia in fundatione considerata, utique non permisissent post obitum Gherardi ultimi de dicta descendencia, ut in Patronatu succederet Philippus Calandrinus, neque quòd iste per spatium 40. annorum in illius possessione



permanisset, nec etiam quòd dicti temporis decursu per quatuor vices pacificè præsentationes explevisset: ut consideravit *Rota in Mediolanen. Prioratus super dubio ignobilium* 15. Junii 1703. §. *Quòd autem*, & *super qualitate agnatiua* 18. Junii 1702. §. *Final. coram R.P.D. meo Scotto*, & *in laudata Cremonen. Beneficii* 14. Maji 1706. §. *Tantò facilius*.

Nec, quæ à dicta sententia non implorantur, deduci possunt ab observantia, vel præscriptione; Nam neutram concurrere existimarunt Domini; Dum post delictum Calandrini fuit ab Ordinario, uti de libro provifus Joseph Galganus, qui de anno 1572. usque ad annum 1609. in quieta possessione Beneficii permansit, non obstante prædicta sententia Delegati Apostolici, emanata de anno 1587. juxta superius firmata in §. *Quoniam*.

Sequuto ejusdem provifi obitu de anno 1605. iterum Beneficium, uti liberum ab Ordinario obtinuit Felix Trenta; Et quamvis à Jacobo Arrigho in dicta sententia reintegratus, præsentatus fuisset Marcus Antonius Santuccius, tamen idem Felix in sua possessione continuavit usque ad assecutionem alterius incompatibilis post biennium eventam, ut in dicto §. *Quoniam*.

9 De anno 1607. à Sancta Sede, apud quam vacabat dictum Beneficium, Vincentius Landinellus illud impetravit, & è contra prosecuta lite à Santuccio, per concordiam remansit hujusmodi status absolutus, & beneficium per renunciationem ejusdem Landinelli, sibi tamen reservata annua pensione scutorum centum, à prædicta S. Sede concessum fuit Georgeo Arrigho, qui pro stabiliendo jure præsentandi in Jacobo patre adjicere curavit in suis literis clausulam -- *Dummodo Patroni ad hoc accedat assensus* -- prout effectivè in actu executionis dictus Jacobus suum præstitit consensum; Ista autem in vim Concordiæ peracta insciis Ordinario, & Promotore Fiscali non potuerunt immutare præcedentem statum liberum beneficium, neque in Patronum transfundere aliquod jus manutenibile *Corrad. in prax. benef. lib. 4. cap. 4. num. 14. Adden. ad Buratt. dec. 633. num. 18.*, *Rot. decis. 301. num. 2.*, & *3. par. 2. divers.*, & *in rec. dec. 615. num. 12. par. 19.*

10 Eoque magis attenta altera clausula in eisdem literis contemporaneè apposita: *per presentes autem non intendimus dictum jus patronatus, si quòd sit, in aliquo approbare* -- quæ operatur, ut exclusa remaneat quæcumque juris patronatus canonizatio, ac ut illesa resideat præcedens Beneficii libertas, non obstante consensu à Patrono in executione literarum præstito. *Amayden. de styl. Datar. cap. 15. §. 15. num. 47.*, *Rot. dec. 331. num. 8.*, & *seqq. par. 15.* & *decis. 290. num. 4. par. 18. recent.*, & in toties recensita *Cremonen. Beneficii* 14. Maji 1706. §. *Nec prædictus status coram R. P. D. meo Kaunitz.*

11 Eademque Beneficii libertas quam maximè comprobata remansit de anno 1630., in quo sequuto obitu dicti Georgii, Henricus, & Franciscus filii Jacobi Arrighi coram Ordinario præsentarunt Andream Carellum, cujus institutioni se opposuit Promotor Fiscalis, allegando libertatem beneficium, Provisiones tanquam de libero effectuatas in tribus vacationibus annorum 1572. 1605., & 1607. & impugnando sententiam Delegati Pisani, negavit præsentantes esse de Familia fundatoris: Unde contestata lite in petitorio inter Ordinarium; & dd. præsentantes, non solum præsentatio Carelli nullum habuit effectum; verum etiam, ipsa lite pendente, fuit eodem anno 1630. uti de libero provifus à S. Sede Vincentius Galganus, cum ulteriori derogatione juris patronatus in totum, attenta lite, addita clausula -- *quatenus de illo existat, citra tamen illius approbationem*. Quo circa effectuata hac gratia, eaque divisa in duobus distinctis capitibus, ex primordiali de reservato comprobatur libertas beneficium, *Rota in dicta Cremonen. Beneficii* 14. Maji 1706. §. *Non relevante coram R. P. D. meo Kaunitz*; Et ex secundario juris patronatus derogatorio propter litem citra illius approbationem educitur litem pendencia in petitorio, cum Papa nunquam soleat Patroni derogare in totum, nisi lite pendente. *Rota in Romana Cappellania* 3. Februarii 1708. §. *Quin suffragetur, cum allegatis coram R. P. D. meo Scotto.*

12 Non obstante concordia inita inter Galganum, & Carellum, qui ob pensionem



nem ad sui favorem reservatam liti renunciavit, quia nec ista novum titulum eidem Galgano tradidit, neque immutavit liberam collationem beneficii, sed pro redimendis molestiis, inquietationibus, litiumque versutiis, id actum fuisse per ipsum Galganum creditur: *Molin. de primogen. libr. 4. cap. 9. sub num. 22.* & optimè *Rota in Placentina jurispatronatus 10. Martii 1704. §. Eoque minus coram Reverendissimo D. meo Molines.* At nec etiam fuit apta litem extinguere, cum in ea non intervenerit Ordinarius, cum quo lis principaliter agebatur *l. à sententia vers. idem rescripsit ff. de appellat. Rot. decis. 602. num. 4. & decis. 715. num. 2. par. 18. & dec. 164. num. 7. par. 19. recent.* & in *Faventina Beneficii 10. Junii 1705. §. Minusque subsistit cor. R.P.D. meo Kaunitz.*

Hoc namque usque ad evidentiam ostenditur à subsecuto statu anni 1633., in quo per resignationem Galgani fuit à Sede Apostolica dictum Beneficium collatum Antonio Gratiani Nuti, cum ejusdem met litis specifica expressione, ac cum derogatione Jurispatronatus in totum attentata lite, & cum illa clausula præservativa -- *per presentes non intendimus dictum juspatronatus in aliquo approbare --* Quinimò præfatæ literæ Apostolicæ non aliter fuerunt executæ nisi prævia verificatione hujus litis, ut ibi -- *Præcedens ad illarum executionem, confito sibi de dicta lite, occasione dictæ Cappellaniæ indecisa --*

13 Quo circa indubia redditur litis pendentia in petitorio, quæ in sua stabilitate tandiu permanere dicitur, donec illius decisio à re judicata habeatur *cap. f. ii, ut lit. penden. in 6., & inibi gloss. in verbo finita ibi -- post sententiam -- ubi gloss. marginalis hæc verba addit -- quæ transiit in rem judicatam -- tunc enim est finita lis, & concordat alter Textus in cap. primo cum Gloss. in verbo pariter finita de litis contestat. in 6. Abb. in Clement. cum lite pendente n. 3. ut lite pendente.*

Nulla denique vis constitui potest in geminis ultimis Apostolicis provisionibus cum consensu Francisci Arrighi effectuatæ, altera nempe ad favorem Antonii Nuti Junioris, in Coadjutorem assignati de anno 1644. dicto Antonio Nuti Seniori; Et altera de anno 1655. pro Ja-

Pars II.

cobo de Nutis resignatario præfati Antonii Junioris; Unde arguitur, quod existente dicto Arrigho in quasi possessione præsentandi in vim præstiti consensus in utroque præcedenti statu, sive consideretur pro vero Patrono, sive pro putativo, hæc sola possessio sufficiat Francisco Mariæ pro tuendis suis præsentationibus, & pro obtinenda executione suarum literarum Apostolicarum juxta *Text. in capit. consultationibus de jurepatronat. & firmata à Rota in decis. 362. num. 3. part. 5., & decis. 514. num. 3. part. 13. recent.*

14 Etenim in primis literis coadjutoria non solum fuerunt appositæ clausulæ -- *per presentes quoque non intendimus juspatronatus, si quod sit, in aliquo approbare --* Et -- *super ea inter aliquos lis &c. pendeat indecisa &c.* Sed etiam illarum executio nullum inferre potuit præjudicium libertati beneficii, cum in ea non fuerit citatus Promotor Curia Episcopalis, de cujus interesse principaliter agebatur *Corrad. in prax. benefic. lib. 4. cap. 6. n. 62. Rota coram Seraphin. decis. 1395. num. 7. coram Buratt. decis. 178. num. 18. coram Cerro decis. 120. num. 15. & in dicta Cremonen. beneficii 11. Maji 1706. §. Respectu coram R.P.D. meo Kaunitz.*

15 In secundis verò resignationis fuit appositæ clausula -- *accedente consensu Patroni, verificato tamen prius jurepatronatus ex fundatione, vel dotatione --* in cujus verificationis actu tenebatur quoque illarum executor audire, & citare dictum Promotorem Fiscalem juxta praxim expressam à *Vivian. de jurepatron. lib. 13. cap. 8. num. 11. & 12. Ros. de execut. liter. Apostolic. lib. 1. cap. 4. il. 2. num. 129., & Rota post d. Vivian. decis. 25. in fin. & decis. 184. num. 5. & 6. par. 12. rec.*

Maximè quia adhuc indecisa pendeat lis cum eo præcedenter in petitorio contestata, & Ordinarius ante prædictam litem erat in possessione liberè conferendi Beneficium, & nunc pariter contentio est circa illius servitutem, vel libertatem; Quapropter in isto casu locum sibi non vindicat dispositio d. *Text. in cap. consultationibus*: cum sola quasi possessio ex ultimo statu, nec asserto Patrono suffragetur, ad effectum obtinendi manutentionem in quasi possessione præsentandi, nec



suo presentato, pro consequenda institutione in beneficio, ut post *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 18. num. 22. magistraliter Rot. in dicta Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. S. Cum itaque coram R.P.D. meo Ansaldo.*

16 Immo ex causa d. litis prorsus exalante bona fide, sicuti fructus rei materialis pertinent ad bonæ fidei possessorem, non autem ad Dominum, prout è contra in malæ fidei possessore; Ita fructus juris presentandi (cum presentare fructus juris patronatus sit) suos non facit Patronus, qui in omnimoda bona fide non presentavit, ut bene observat *Abb. in d. cap. consultationibus num. 3. & seqq. de jure patronat. & in cons. 54. num. 2. & cæteri Canonistæ in eodem Text. Vivian. de jure patr. lib. 11. cap. 6. num. 22. Marefcott. var. resol. lib. 1. cap. 55. num. 53. & seqq. Lambertin. de jure patr. lib. 2. par. 1. qu. 3. artic. 9. per totum cum aliis in dicta Mediolanen. Beneficii S. Supposuimus.*

17 Addito denique, prout in S. *Quo enim &c.* præmissi, quod in literis Apostolicis Francisci Mariæ fuit appositæ clausula — *verificato prius coram te, quod dictum jus patronatus ex dotatione, vel fundatione existat* — pro cujus verificatione non sufficit quasi possessio presentandi, ad normam *Text. in cap. consultationibus de jure patr.*, sed requiruntur probationes efficaces, tam in possessorio, quàm in petitorio, ultra auctoritates allegatas in dicto S. *Quo enim, Rota post Vivian. de jure patronat. decis. 25. num. 1. & seqq.* cum aliis latè congestis in *d. Mediolan. Beneficii S. Cum itaque cor. R.P.D. meo Ansaldo.*

Descendendo modò ad secundam dubii partem, in qua per Dominos fuit 18 responsum — *Institutio esse dandam, Paulo Francisco* — satis est reflectere, quod vendicata per Ordinarium libertate Beneficii propter hæresim Juliani Calandrini, statim se constituit in possessione liberè illud conferendi, ut habetur à provisionibus, & collationibus de libero plenè effectuatis de annis 1572. 1605. 1607., & 1630., quæ quantumvis sint valde remotæ, attamen cum posteriores fuerint detectæ turbidæ, & litigiosæ, pro ultimis sunt considerandæ, ut ad rem *Rota in Aretina Beneficii 20. Ja-*

*nuarii 1701. S. Vtique, & 23. Aprilis 1703. S. Minime tollunt cum sequentibus coram R.P.D. meo Ansaldo, & in Cremonen. Beneficii tercia Decembris 1706. S. Facile fuit in fine coram R.P.D. meo Lancetta, & in specie favore Episcopi, qui etiam ex unico actu in hac quasi possessione constituitur, Rota coram Seraphin. decis. 799. num. 4.*

Aliquod non inferente obstaculum litis pendentia, introducta de anno 1630. inter Ordinarium, & assertos Patronos; Quoniam ea vertente inter primum pro libertate Beneficii, & secundos pro servitute contententes, atque ante motam litem, existente eodem Ordinario in quasi possessione liberè providendi, præcipuè in duobus statibus annorum 1572., & 1605. absque ulla contradictione peractis, consimilis litis pendentia inefficax est ad impediendam Ordinario prædicto continuationem, sive manutationem in quasi possessione liberè conferendi Beneficii, prout ante motam litem egisse ostendit *Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 20. num. 5., Lancellot. de attentat. lit. pendent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 510. cum seqq. Rota coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 263. num. 13., & seqq., & decis. 427. par. 1. rec., & in Mediolanen. Prioratus super Manutatione 15. Junii 1703. S. Pendentia verò litis in petitorio cor. R.P.D. meo Scotto.*

Eoque minus resistente, quod provisio Pauli Francisci, uti obtenta à Vicario Generali sinè speciali mandato Eminentiissimi Episcopi laboret vitio nullitatis; Etenim, ultra ejusdem mandari amplitudinem, observarunt Domini eam fuisse à Capitulo confirmatam, & absque dubio agi de simultanea collatione ad Ordinarium, & Capitulum spectante; Quapropter, uno ex eis negligente, impedito, vel nulliter agente, totum jus consolidatum remanet in altero; Ac uno non contradicente, nequaquam dubitari potest de validitate provisionis alterius, ut post *Gonzal. Garz. Achill. Put. Coccin., & alios Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 21. nu. 24. 25., & 26.*

Cæteroquin ferè inutilis redditur dicta oppositio, quia cum nunc in nostro Sacro Auditorio disputetur — *An, & cui sit danda institutio* — & Promotor Fiscalis sit



fit in Cauſa, nec ex præmiſſis in dubium reuocetur, quin apud Ordinarium exiſtat dicta quaſi poſſeſſio liberè conferendi; Hinc eſt, quòd, corruente actu materialis proviſionis, non tamen perit jus Ordinarii per comparitionem ratificatum, cujus vigore venit inſtitutio concedenda, ad *Text. in cap. ſi confirmationem de elect. in 6. Rota coram Seraph. dec. 1274. n. 2.*

Huc uſque diſcuſſa pro libertate controverſi Beneficii, relevant ab onere examinandi excluſionem utriuſque contradictonis. Fortius quia quoad Nerium præſentatum à cauſam habentibus à Francisco Arrigho non juſtificatur iſtius Auctores fuiſſe de illa Familia Arrigha in fundacione contemplata, nec unquam acquiſiuiſſe aliquem ſtatum manutentionibilem; Nec ulterius eorum præſentatio ſub conditione penſionis reſervandæ à S. Sede Apoſtolica ( quatenus cætera neceſſaria concurrerent ) inſtitutionem meretur, cum non doceatur prædictam conditionem fuiſſe intrà quadreſtre purificatam *Vivian. de jurep. lib. 8. cap. 6. num. 24. Rot. decif. 430. n. 36. & 37. par. 9. & dec. 323. n. 9. par. 16. rec.*

20 Quo verò ad Balthaxarem, præſentatum à Philippo Calandrino, etſi indubitata ſit propoſitio, quòd extincto Patronatu Gentilitio in Gherardo de Arrighis, evaſerit hæreditarium ad commodum Philippi Calandrini ſenioris, illius hæredis, juxta *Conſil. Ancharan. 81. à Sac. Rota paſſim receptum, & pro communi canonizatum in deciſione transcripta apud Vivian. de jurepatronat. lib. 4. cap. 2. ſub num. 14. confirmata coram Seraphin. decif. 364. num. 3. & decif. 378. num. primo Buratt. dec. 183. n. 21. Mellin. dec. 330. n. 1. Bich. decif. 553. num. 5. & 6. & dec. 581. per tot. & in recent. decif. 221. num. 22. par. 8. decif. 220. num. 16. par. 11. & decif. 667. num. 11. & 12. par. 18.*; Adhuc tamen, cum modernus Philippus Calandrinus ſuam legitimam non probet deſcendentiam ab illo Philippo Calandrino, qui præſentavit de anno 1545. nec quòd cauſam ab illo habeat; Immo verſante nunc controverſia ſuper inſtitutione, quæ eſt judicium poſſeſſorium, non admittitur Patronus, qui in quaſi poſſeſſione præſentandi non reperitur, & ſignanter, quando per lapſum 163. anno-

rum; Alter eſt in quaſi poſſeſſione liberè providendi. *Rota coram Cerro decif. 370. num. 15. & 16. & in Aſtoricen. Parochialis 6. Febr. 1699. S. Ipſe enim cor. R. P. D. meo Scotto, & in Mediolanen. Prioratus ſuper manutentione 15. Junii 1703. S. Hiſta firmatis cor. eodem.*

Et ita in triangulari conſiſtu Partibus acerrimè diſceptantibus reſolutum fuit.

#### ARGUMENTUM.

Lite pendente ſuper proprietate Jurispatronatus, an Judex poſſit dare inſtitutionem Præſentato per Patronum putativum exiſtente in poſſeſſione præſentandi?

- 1 An, & quando ultimus ſtatus, ſeu quaſi poſſeſſio præſentandi ſit reprobata à Concilio Tridentino ad effectum manutentionis. Vide ibi & n. 7. & 8. & 35. & 36.
- 2 Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ab Ordinario inſtitutus, removeri non poteſt à vero Patrono, etiam ſi iſte poſtea in judicio evicerit juſtopatronatus, & num. 4. Intellige ut nu. 9. Limita ut num. 26. 27. & 28.
- 3 Episcopus lite pendente ſuper pertinentia jurispatronatus dari non poteſt inſtitutionem præſentato à Patrono putativo, & exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, quando clarè conſtat de hujusmodi pertinentia favore veri Patroni, ſeu quando petitorium eſt clarum; ſecus ſi hoc ſit dubium, & quare? Vide num. 5. & 12.
- 6 Littera Apoſtolica cum derogatione jurispatronatus in totum attentata lite non ſunt exequendæ, quando adest Præſentatus ab exiſtente in poſſeſſione præſentandi.
- 10 Ultimus ſtatus in Beneficialibus ſemper eſt attendendus.
- 13 Ex duobus Præſentatis, quorum unus ſit præſentatus à Proprietario jurispatronatus, & alius ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi quis ſit inſtituendus? & num. 14. & 15.
- 16 Quaſi poſſeſſio præſentandi, ut acquiratur, requiritur bona fides.
- 17 Quaſi poſſeſſio præſentandi, & ultimus ſtatus non attenditur in Perſonis Potentibus, niſi doceant de fundacione, vel donatione per authentica documenta; ſed intellige ut num. 18.
- 19 Nec attenditur in Perſonis privatis ſi ultimus



- mus status sit ambiguus, vel equivocus, aut promanans à titulo infecto, vel contradictus, & contradictor triumphaverit; secus si succubuerit, quia tunc ultimus status potius corroboratur, & n. 20. & 21.
- 22 Pertinentia juris patronatus probari potest non solum per publicum instrumentum foundationis, vel dotationis, per confessionem Partis, & per rem judicatam, sed etiam per equipollentes demonstrationes, ad effectum ut presentatus à Proprietario præferatur presentato ab existente in possessione presentandi nondum instituto, & num. 23. 24. & 25.
- 29 Ultimus status an, & quando attendatur ad effectum cognoscendi an Beneficium sit Sæculare, vel Regulare, amovibile, vel perpetuum, residentiale, vel non? & num. 30.
- 31 Provisiones Apostolice neque firman, neque immutant statum Beneficii. Amplia ut num. 32. & 33. Limita ut num. 34.
- 37 Ultimus status attenditur lite pendente inter Patronum, & Ordinarium vindicantem libertatem Beneficii.
- 38 Presentatus à majori parte Patronorum, est instituendus, & præferendus Presentato à minori parte.
- 39 Lite pendente solum super pertinentia juris patronatus, an & pro ea determinanda sit considerabilis quasi possessio, & ultimus status?
- 40 Lite pendente super pertinentia juris patronatus concedi solet uni Presentato institutionis, alteri vero presentanti canonizationis proprietatis.
- 41 Jus conferendi, jus eligendi, aut nominandi plerumque synonymè adhiberi solent; vel ad invicem, ubi eadem ratio concurrat, fraternizant.
- 42 Litera Apostolica in omnibus justificata sunt exequenda.
- 43 Existentia juris patronatus probatur per sententiam transactam in rem judicatam, & observantia roboratam.
- 44 Gratia pro Presentato obtenta à presentato à majori parte Patronorum dicitur inutilis, & ad majorem cautelam.
- 45 Consanguineus in paritate vocum est præferendus.
- 46 In jure patronatus gentilitio Pater unum cum filio constituit geminas voces, seu personas.
- 47 Descendentia, ex quibus probetur? Vide ibi, & num. 48. & 49.
- 50 Tempus concessum à jure ad presentandum non currit, nisi à die demonstrata scientia.
- 51 Constitutio Gregoriana super publicandis resignationibus an procedat in Beneficii litigiosis?
- 52 Jura sanguinis sunt imprescriptibilia.
- 53 Quasi possessio presentandi an sit transitoria ad hæredes?

## CASUS IV.

**P**ræterentibus illis de familia Fundatoris Beneficii A ad se spectare Jus patronatus, non verò ad hæredem extraneum ejusdem Fundatoris universaliter institutum; mota fuit hinc inde lis super pertinentia, seu proprietate Juris patronatus coram Ordinario. Vacante hoc interim Beneficio per obitum ejus Rectoris; præfatus hæres universalis existens in possessione presentandi, præsentavit ad illud Clericum idoneum, & habilem. Queritur an Ordinarius, stante hujusmodi pendente litis super proprietate Juris patronatus, possit dictum Clericum præsentatum instituere?

**R** Respondendum videtur negativè; Sola namque quasi possessio presentandi, in qua reperitur præfatus hæres ratione unica presentationis à se factæ in anteriori vacatione Beneficii, suffragari minimè posse videtur nec ipsi ad effectum manutendi in dicta possessione, nec ejus Presentato ad effectum consequendi institutionem, dum hodie post Concilium Tridentinum cap. 9. sess. 25. de reform. ad hunc effectum requiritur titulus foundationis, & dotationis, nec sufficit immemorabilis super hac possessione, nisi simul doceatur per authenticas scripturas de presentationibus continuatis per spatium 50. annorum, & effectum fortitis, ut dicam infra Par. V. Si igitur consuetudo immemorabilis presentandi est insufficientis obtinendi manutentionem in possessione presentandi, & consequendi institutionem, eo fortius ad hunc effectum erit inefficax unica presentatio, & ultimus status, in quo reperitur præfatus hæres, juxta Rot. decis. 557. num. 1. §. Hic autem par. 4. divers. & decis. 139. num. 5. & seq. coram Buratt. ibique Adden. num. 12. &



et 17. et decis. 222. num. 2. et seq. coram Ludovif.

Et quidem optima ratione, aliàs daretur occasio fraudibus, & supplantandi verum, & legitimum Patronum, dum posset quis se intrudere in hac possessione per fraudem, aut violentiam; adeo ut si Præsentato ab existente in eadem possessione esset concedenda institutio, iam iste ex propria culpa, & ex actu iniquo, ac injusto reportaret præmium, & commodum in præjudicium veri Patroni, qui non posset remove institutum, etiam si postea in judicio eviderit Juspatronatus, juxta *Text. in cap. Consultationibus*, de quo infra *Can. XXVI. ibique Fagnan. n. 5. et seqq. Capon. discept. forens. 263. art. 4. num. 37. tom. 4. Tondut. quest. Benef. par. 2. cap. 4. §. 9. num. 8.* Quod cum sit maximum absurdum, venit proinde dicendum, stante pendentia litis super proprietate Jurispatronatus institutionem concedi non posse Præsentato ab existente in possessione præsentandi.

- 3 His tamen non obstantibus, contrarium verius de jure censeo; Etenim quamvis, quando clarè constat de pertinentia Jurispatronatus favore veri, & legitimi Patroni, seu quando petitorium est clarum, & nullam admittit dubietatem, nequeat Episcopus dare institutionem Præsentato à Patrono putativo, & existente in possessione præsentandi, ea ratione, quia in hoc casu petitorium absorbet possessorium, ut expressè tuentur *Abb. in d. cap. Consultationibus num. 9. Paul. de Citad. de jurepat. par. 6. q. 6. art. 6. num. 16. Capon. discept. forens. 263. art. 4. num. 41. tom. 4. Card. de Luc. de jurepat. disc. 11. num. 7. Rot. decis. 352. num. 17. par. 16. rec. et decis. 38. num. 8. coram Priolo, et in Bononien. Parochialis 8. Februar. 1706. §. Neque visum est coram Eminentiss. Scotto*; Tamen quando petitorium est dubium, & non clarè apparet de pertinentia Jurispatronatus, potest Judex, seu Ordinarius in possessorio concedere institutionem Præsentato per Patronum putativum, & huic respectivè manutentionem; & è contra sententiam proferre in petitorio super pertinentia favore Patroni veri; ita ut terminato petitorio non exinde tamen removeatür institutus ad præsentationem Possessoris, & Patroni putativi, juxta *Abb.*

*in cap. cum dilectus de caus. possess. et propriet. Marefcott. var. resol. lib. 1. cap. 55. nu. 49. et seq. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. nu. 26. et seqq. Garz. de Benef. par. 5. cap. 5. num. 49. et seq. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 542. Piton. discept. Eccles. 28. sub num. 5. et 16. Rot. in Mediolanen. Prioratus super manutentione 15. Junii 1703. §. Pendentia coram Eminentiss. Scotto.* Et plenè hoc articulo discusso magistraliter docet *R. P. D. Anfaldus in Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Porrißimè, et §. Sed quoque inferiùs impres. num. 10.*

- 5 Ratio autem consistit in privilegio possessorii, quod non retardatur per exceptionem petitorii, quod requirit altioris indaginem; unde res judicata in petitorio non trahitur retro ad retractandum effectum possessorii; sed inservit pro futuris vocationibus; quia licet in prophanis deciso petitorio, recuperentur fructus contra possessorem, attamen in materia Jurispatronatus, evicta proprietate, ejus fructus non recuperantur. *Lambertin. de jurepat. lib. 2. par. 1. quest. 3. art. 4. per tot. Gonzal. in cap. querelam num. 14. de elect. Piton. ubi supra num. 4. et seq. Rot. in Fesulana Parochialis 20. Junii 1633. apud Pignattell. consult. 14. num. 32. tom. 10.* Immo si quis in hoc casu obtineret Literas Apostolicas cum derogatione Jurispatronatus in totum attenta lite, istæ non essent exequendæ; quia cum habeant in ventre Clausulam -- *Dummodo non sit alteri jus questum* -- hæc præservaret præsentationem jam factam per Patronum putativum, & existentem in possessione præsentandi. *Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 20. num. 53. Piton. discept. Eccles. 4. n. 56. Rot. dec. 120. num. 9. coram Ottobon.*

Non obstat quòd Concilium Tridentinum improbaverit possessionem præsentandi etiam immemorabilem, nisi simul per authenticas scripturas probetur de præsentationibus continuatis per spatium 50. annorum, & effectum sortitis.

- 7 Pro remotione namque hujus objecti animadvertendum est, quòd lis, & controversia potest esse super libertate, & servitute beneficii inter Ordinarium, & personam potentem, seu ejus præsentatum; inter Ordinarium, & personam privatam habentem ex privilegio Juspatronatus:



natus: inter Ordinarium, & personam privatam ad effectum includendi, & excludendi regulam nonam Cancellariae; & praesupposita servitute beneficii, seu existentia Jurispatronatus, potest esse lis, & controversia inter personas potentes hinc inde, & inter personam potentem, & personam privatam, aut inter earum praesentatos. Ultimus status, seu quasi possessio praesentandi fuit reprobata à Concilio Tridentino, & non suffragatur ad effectum manutentionis praetendenti Juspatronatus, aut ejus praesentato nisi sit unita, & probata cum debitis requisitis per idem concilium; quando lis est super libertate, & servitute beneficii inter Ordinarium, & personam potentem, exceptis personis Regiis, & Jura Imperii habentibus; quia talis possessio praesumitur usurpativa & spoliativa. *Antunez de donat. reg. lib. 3. cap. 28. num. 164. Adde. ad Buratt. decis. 139. num. 17. & seq. & decis. 609. n. 5. coram Cavaler. & dec. 197. num. 41. & seq. part. 5. rec.* Nec suffragatur quando lis est inter Ordinarium, & personam privatam habentem Juspatronatus ex privilegio obtento ante concilium; quia hoc revocavit hujusmodi Juspatronatus etiam cum quasi possessione inde sequuta. *Garz. de benef. part. 5. capit. 9. n. 119. Gonzal. super Regul. 8. Cancell. gloss. 18. num. 23. Barbof. ad Concil. d. cap. 9. sess. 25. de reform. n. 68.* Nec quando lis est inter Ordinarium, seu collatorem, & personam privatam ad effectum includendi, & excludendi Regulam nonam Cancellariae. *Gonzal. ubi supra n. 22. Rot. in dicta Mediolanen. Beneficii 1. Aprilis 1707. §. Cum itaque coram R.P.D. Ansaldo inferius legem.* Non verò fuit reprobatus ultimus status, seu quasi possessio praesentandi à Concilio Tridentino, quando praesupposita existentia Jurispatronatus lis est inter patronos sive hinc inde potentes, sive privatos, sive inter unum potentem, & alium privatum, aut inter eorum praesentatos; ut est casus, de quo agitur, ubi non contenditur de libertate, & servitute beneficii, sed praesupposita hujus servitute, solum disceptatur de pertinentia Jurispatronatus inter haeredem universalem, & eos de familia Fundatoris; hoc enim casu, haeres qui existit in possessione praesentandi est in ea-

manutenendus, & ejus praesentatus est instituendus. *Gratian. discept. 309. n. 78. Tondut. quest. benef. 87. num. 9. tom. 1. Vivian. de jurepat. part. 2. lib. 11. cap. 5. numer. 65. & seq. Pignattell. consult. 82. n. 31. tom. 9. Rot. apud Garz. de benef. part. 5. cap. 5. n. 141. & seqq. & decis. 274. n. 11. part. 2. rec., & in dicta Mediolanen. Beneficii §. Ubi autem coram R.P.D. Ansaldo.*

9 Nec concedendo manutentionem existenti in possessione praesentandi, & institutionem ejus praesentato lite pendente super pertinentia Jurispatronatus, aperiretur via fraudibus, & supplantandi verum, & legitimum patronum; Quia non omnis quasi possessio praesentandi est sufficiens consequendi manutentionem; Sed illa solum quae non est ambigua, vel equivoca; nec procedit à praesentatione nulla, spoliativa, & attentata juxta *Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 55. n. 53. Vivian. de jurepat. lib. 11. cap. 6. n. 15. Rot. in dicta Mediolanen. Beneficii §. Caterum, & §. Eoq. certius.*

R. P. D. A N S A L D O

Mediolanen. Beneficii.

Veneris prima Aprilis 1707.

A Deò foelix in hac rerum humanarum orbita reputatur conditio existentium in possessione, seu quasi, ut praeter quandam speciem, seu notam beatitudinis hinc possessoribus attributam à *Glossa in cap. 1. verb. Requirat de Pac. tenen. in usib. feudor.* ipsimet Canones Sacrosancti, ac Pontificiae decisiones etiam in materia Ecclesiastica, & proxima spiritualitati, eosdem possidentes anteferre non abnuerint; insingis quippe praeterita aetatis Canonista, & successivè praexcellus Episcopus Ecclesiae universalis Innocentius tertius in *cap. Querelam 24. de Election., & elect. potest.* causam, quam prius in minori officio constitutus, scilicet in gradu Cardinalatus examinandam assumpserat super electione, seu praesentatione Clerici ad regimen Ecclesiae Sancti Salvatoris, deinceps elevatus ad apicem Pontificatus, *salva questione proprietatis*, nūdeque ponderata quasi possessione praesentandi, in qua Populus praefatae Ecclesiae existerat, favore electi per eundem populum definivit; & non minus aeternæ

in



in avum memoriae Alexander Tertius in celebri cap. Consultationibus 19. de jurepatronat. rescribens Abbati Sancti Albani idipsum determinavit jubendo non removeri Clericum ab Ecclesia, qui tempore presentationis suae, ille, qui eum praesentavit, juspatronatus Ecclesiae possidebat;

10 Ex quibus sanè Apostolicis sanctionibus, siue responsis nihil magis invaluit in foro, quam quod in negociis Beneficialibus ultimus semper status attendatur, & praevaleat, uti plena sunt volumina, & signanter docet Falin. in cap. Eam te num. final. ad med. de rescript., Federic. de Sen. conf. 434. num. 3. vers. Sed in casu proposito, Bald. conf. 437. lib. 2., Marefcott. var. resolut. lib. 1. cap. 55. num. 15. & 16., Capon. disceptat. foren. 76. num. 12. tom. 2., & disceptat. 262. num. 3. tom. 4., Rocca de Curt. in cap. final. de Consuetudin. sect. 4. nu. 82., Gonzalez ad Regul. 8. Cancellar. gloss. 45. §. 2. num. 14. & seqq., Loter. de Re beneficiar. lib. 1. quest. 34. num. 21., Rota decis. 367. num. 9. coram Emerix junior., decis. 737. num. 3. part. 2., & decis. 319. n. 4. par. 16. recentior., & in Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. §. Ceterum omnes, coram me, & in Gerunden. Beneficii de Olot 7. Maji 1703. in principio cor. R.P.D. meo Priolo, & in Verulana Abbatia 23. Aprilis 1706. §. Aggrediendo disputationem, coram Eminentissimo D. meo Cardinali Caprara.

11 Potissimè autem quoties ad literam, & figurationem casus decisi per Alexandrum Tertium appareat, quod praesentatus à patrono putativo, & copulativè existente in quasi possessione praesentandi, jam ab Ordinario suo reportaverit institutionem, tunc etenim sic institutus nullo modo deinceps beneficio privatur etiam, sunt verba Textus in dicto cap. Consultationibus -- postea juspatronat. alius eviceris in judicio, & eum hoc Textu de plano perambulans Scribentes, nempe Gloss. in cap. Ex literis de jurepatronat., Abbas in dicto cap. Consultationibus sub n. 1. eodem titulo, & ibi Joan. Andr. num. 1., Gonzalez num. 2., Barbof. num. 1., Archidiacon. in cap. Si plures 16. quest. 7., Grananier. super Decretal. lib. 3. tit. 38. de jurepatronat. in repetit. ad Textum in cap. Quia Clerici, & seqq. sub num. 11., Capon. disceptat. foren. 263. num. 37. tom. 4., Ton-

Paris II.

par. 2. cap. 4. §. 9. num. 8. Gratian. disceptat. foren. 577. num. 9., Ciarlin. controvers. foren. lib. 1. cap. 107. num. 11. & 93., Antunez de Donat. lib. 3. cap. 28. num. 144. & 146. in fine, Card. de Luca de Regularib. disc. 3. num. 2. Sperell. decis. 30. num. 23., Rota decis. 38. sub num. 7. coram Priolo, in Mediolanen. Praepositura 26. Novembris 1691. §. In nihilo refragante, & 4. Julii 1692. §. Atque hinc, coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, in Lucana Beneficii 13. Junii 1701. §. Mulierum, & in Hipporegien. Beneficii 11. Februarii 1704. §. Etenim, coram hoc meo Muto.

12 Eaque est ratio, quia cum Jus praesentandi existat in fructu, ut Abbas ibidem, inquit, industriali hujuscemodi fructus pertinet ad possessorem, & quando idem fructus jam reperitur bona fide consumptus, non intrat amplius restitutio, etiam postea detecto vero Domino, & consequenter, seu parificativè, neque hic remotio Clerici praesentati, quemadmodum optimè exponit, & ratiocinatur Abbas loco mox citato num. 3. post medium, Fagnan. in eodem cap. Consultationibus n. 5. & seqq., Vagnerec. in cap. Ex literis eodem titulo verb. Et adjudicetis Ecclesiam, Pirbing. in jus Canon. lib. 3. tit. 37. sect. 4. §. 1. num. 84. & 85., Gutierrez practica. bil. quest. lib. 5. quest. 42. num. 40., Postb. de Manurent. observat. 32. num. 7. & seqq., Fontanell. de jurepatronat. lib. 1. quest. 1. num. 5. & num. 12. Cugel. in jus Canon. lib. 3. tit. 38. num. 14., Rot. in Mediolanen. jurispatronatus super Manutentione 15. Junii 1703. §. Pendentia verò litis, coram R.P.D. meo Scotto.

13 Quòd si non adhuc legitima Ordinarii intervenerit institutio major est quaestio, utrum veniat instituendus ille, qui fuerit à vero Domino, & proprietario praesentatus, vel potius is, qui suam praesentationem exhibeat factam à patrono putativo existente in quasi possessione; verum eadem ceteroquin involuta quaestio cum gladio distinctionis dirimi solet; scilicet quòd, aut clarè ante praemissam institutionem elucescit de ipsa proprietate, & dominio, tuncque procul dubio praefereendus est praesentatus à verò Domino proprietario, quoniam tam in his, quam in quibuslibet fraternizantibus in ratio-



ne terminis, petitorium absorbet possessorium, sicuti finè contradictore concludunt *Abbas in cap. gravis de restitut. spoliat. in dicto cap. consultationibus num. 9.*, *Cavaler. in repetit. ad idem cap. consultationibus num. 8. Dec. conf. 126. num. 3.*, *Ciarlin. controuv. forens. lib. primo cap. 107. num. 39.*, *Capon. disceptat. forens. disceptat. 263. artic. 4. num. 41. tom. 4.*, *Carol. Anton. de Luc. in Addit. ad Gratian. disceptat. 577. num. 2. Antunez de Donat. lib. 3. cap. 28. num. 152.*, *de Ros. de exequut. lit. Apostolic. par. 1. cap. 6. num. 99.*, *Cardin. de Luc. de Parochis disc. 37. sub num. 42.*, & *de jurepatron. disc. 11. num. 7.*, *Paul. de Cittadin. de jurepatron. part. 6. quest. 6. art. 6. num. 16.*, *Adden. ad Buratt. decis. 776. num. 15. & 16.*, *Rota decis. 38. num. 8. coram Priolo, decis. 180. n. 2. & 3. par. 3.*, & *decis. 352. num. 17. par. 16. recent.*, *in Cracovien. Parochialis 14. Maji 1696. S. Sive etiam quia, coram bo. meo Pio, Laudem. Canonatus 3. Martii 1697. S. Minus verò, coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinali de la Tremoille, in Nolana jurepatronatus 19. Junii 1702. S. Sed præſcindendo, coram R. P. D. meo Caffanello, in Celfonen. Beneficii 20. Februarii ejusdem anni 1702. S. final. coram bo. meo Muto, & in Bononien. Parochialis 8. Februarii 1706. S. Neque visum est, coram R. P. D. meo Scotto.*

14. Vel è converso non adhuc dilucidè justificata remansit proprietates, titulus, & dominium, tuncque interim in hac ambiguitate vincit pro illa vacatione bona fides, & quasi possessio præſentantis, nemine usquam dubitante; quod dum super proprietate, & dominio disceptatur, possessor interea non sit manutenendus in possessione, seu quasi, prout pariter connotarunt *Barboſ. in dicto cap. Consultationibus num. 3.*, *ibidem Cavaler. n. 8.*, *Posth. de Manuten. observat. 32. num. 9.*, *Garz. de Benefic. par. 5. num. 49. & 50.* *Lotther. de Re benefic. lib. 1. quest. 34. à num. 26. ad 33.*, *Card. de Luc. de Paroch. disc. 37. n. 2.*, *decis. 499. num. 3. & 4. coram Seraphino, decis. 1797. num. 5. cum seqq. coram Cocchino, & in Mediolanen. Cappellania 23. Martii 1703. S. Ex quibus, & 25. Aprilis 1704. S. finali, coram Reverendiſſimo P. D. meo Molines Decano.*

15. Præcipuè quoties eidem ultimo statui,

sive quasi possessori suffragetur aliqua favorabilis circumstantia, scilicet si ultimus status vigeat pro libertate Beneficii, seu pro exclusione Jurispatronatus, aut verò agatur de Institutione facienda ad Beneficium Curatum, quoniam cum in primo casu ipsa quasi possessio colorem, & fomentum recipiat à præſumptione Juris, & in secundo concurrat interesse Oviu[m] depascendarum, quæ non debent durante longiori discussione pertinentiæ, & proprietatis tolerare interstitium carentiæ proprii Pastoris, in utriusque idcirco terminis facilius judicandum venit pro ultimo statu quemadmodum solidè habetur ponderatum apud *Ciarlin. controuv. for. lib. 1. cap. 107. num. 14. & 23.*, *Card. de Luc. de jurepatron. disc. 9. num. 5.*, & *de Paroc. disc. 15. num. 7. & 9.*, *Engel. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 38. num. 14. vers. Adde si præſentatio in fin.*

16. Suppoſuimus unà cum quasi possessione desiderari bonam fidem, sive justamputationem Domini, alias quoties notoriam malam fidem interfuisse respectu possidentis doceretur, non solum non esset anteferendus præſentatus à possessore malæ fidei ante institutionem, sed etiam, ubi extitisset jam institutus ab Ordinario, foret ab Ecclesia removendus, adhibita paritate fructuum, de qua supra, dum hi sive extantes, sive mala fide consumpti Domino suo restitui debent, ad bene enucleata per *Abbat. in dicto cap. Consultationibus num. 3. in fine cum seqq. & ibi Joannes Andr. num. 2. in fine, & nu. 5.*, *Gonzal. ibidem num. 2. in fine, Barboſ. sub num. 5. vers. Intellige suprascriptam conclusionem, Rip. in cap. Cum Ecclesia Surina num. 92. de caus. posses. & proprietat.*, *Pyrbing. in Jus Canonic. lib. 3. tit. 37. sect. 4. S. 1. sub num. 85. & 86.*, *Gratian. Discept. for. cap. 577. à num. 4. ad seqq.*, *Rocc. de jurepatronat. in verb. Competens col. 17. quest. 19.*, *Fragos. de Regimin. Reipublica tom. 2. par. 2. lib. 9. disput. 20. S. 2. num. 23.*, *Antunez de Donat. lib. 3. cap. 28. num. 149.*, *Lar. de Annivers. lib. 2. cap. 9. num. 4.*, *Lotther. de Re benefic. lib. 1. quest. 34. num. 28.*, *Cardin. de Luc. de jurepatr. disc. 9. num. 4.*

17. Et ob id sacrosancta Oecumenica Synodus Tridentina in famigerata sess. 25. de Reformat. cap. 9. quia meritò præſumptit in personis potentibus, seu Communitatibus,



tibus, vel Universitatibus quasi possessionem Juris præsentandi acquisitam fuisse ex vi præpotentiæ, atque usurpatione, & consequenter in hoc casu adesse malam, & non bonam fidem pro forma requisivit, quod nisi de fundatione, vel dotatione per authentica documenta doceretur, nulla probatio temporis etiam immemorabilis super eorum quasi possessione attenderetur, sed præter cætera requisita necessaria omnino exigerentur continuatæ non minori spatio, quam quinquaginta annorum præsentationes, quæve omnes suum sortitæ fuissent effectum, idque per authenticas scripturas. Quamobrem in hoc genere personarum, Communitatum, ac Universitatum, neutquam applicatur censura *dictorum Textuum in cap. Querelam de Elect.*, & in *cap. Consultationibus de jurepatr.*, neque de ultimo statu, ulla, vel minima ratio habetur, si satis non est, ipsa præsentia immemorabilis probatio consuetudinis præsentandi, ut *eidem Sacro Concilio in hærentes passim monuerunt Add. ad Buratt. decis. 139. num. 17. & 18.*, *Panimol. dec. 10. annotat. 1. num. 78.*, *Rota dicta decis. 139. num. 5. & 6. coram Buratto, decis. 222. numer. 2. & 3. coram Ludovis., decis. 609. num. 5. coram Cavalier., & dec. 197. n. 41. & 42. par. 5. rec.*

18 Intelligendo præmissa quoties ad mentem Sacri Concilii controversia redderet cum Ordinario, sive ejus Collatario, ac aliquo præsentato per personam potentem, secus autem ubi res esset inter præsentatos hinc inde à personis potentibus, vel inter unum præsentatum à persona potente, & alterum à persona privata, in hoc quippe casu Concilium non loquitur, aut quicquam præcisè disponit, ideoque proceditur cum determinatione Juris Canonici communis, ut supra, Teste *Rota in Cracovien. jurispatronatus 27. Januarii 1644. coram clara memoriæ Cardinali Bichio, inter ejus impressas num. 3., & repetita post Contr. Disceptat. for. decis. 12. sub n. 1.*

19 Cæterum, ea, quæ huc usque considerata fuerunt favore ultimi status, ac prænunciatæ quasi possessionis ambulant cum hypothesi, in qua perspicua demonstretur justificatio ejusdem ultimi status, ac quasi possessionis, ubi quippe idem ultimus

Part II.

status detegitur ambiguus, vel æquivocus parum relevat pro fruitione dispositorum in *dicto cap. Querelam, & in dicto cap. Consultationibus*, ut generaliter antiquioribus allatis dixit *Rota in Melpbiten. Cappellania 4. Julii 1698. §. final. coram bo: me: Muto, Comen. Cappellania 31. Martii 1702. §. Et hinc nullatenus, coram Eno D. meo Cardinali de le Tremoille, & in Cremonen. Beneficii 3. Decemb. 1706. §. Si nè difficultate, coram R. P. D. meo Lancetta, & in proposito ultimi status derivantis à Provisione Apostolica, quæ potuit in suis discretè casibus executionem sibi promereri, mediante illa de reliquo assueta clausula -- *Sive præmissis, sive alio quovis modo vacet*, bene exemplificat *Caren. resolut. 35. num. 10.*, *Lotther. de Re. beneficiar. lib. 1. quest. 34. num. 65.*, *Rota decis. 13. de jurepatronat. coram Achill., decis. 266. num. 1. coram Cavalier., decis. 482. sub num. 1. par. 2., & decis. 147. n. 21. par. 10. recent.**

20 Eoque certius quotiescumque hujusmodi ultimus status promanaret; vel à titulo prorsus infecto, vel à præsentatione, aut nulla, aut spoliativa, aut attentata ex iis, quæ circa titulum infectum afferuntur per *Episcop. Ros. de executor. literar. Apostolicar. par. 1. cap. 6. num. 106.*, *Rot. decis. 710. num. final. par. 2. recentior.*, & respectu quasi possessionis descendentis à titulo, & præsentatione nulla, spoliativa, & attentata, *Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 55. num. 53.*, *Vivian. de jurepatronat. lib. 11. cap. 6. num. 15.*, *Coccin. annotat. 304. num. 16.*, *Rot. in Nolana jurispatronatus 10. Junii 1702. §. Neutrum tamen, & §. Pariter utrobique in fin. coram R. P. D. meo Caffarello, in quod coincideret si ultimus status firmari prætenderetur vigore alicujus sententiæ nulliter prolatae ad commodum provisi, vel præsentati in præcedenti vacatione, *Rota in Compostellana Parochialis 2. Junii 1698. §. Denique, & 1. Junii 1699. §. Præsupposita in fine coram Reverendissimo dell'Olmo, & in Melevitana jurispatronatus 28. Januarii 1701. §. Constabilita coram D. meo de la Tremoille.**

21 Prout pariformiter idipsum procederet ubicumque ultimus status non fuisset omnino pacificus, sed acriter contradictus, adhibita tamen illa distinctione,

D d d 2

utrum



utrum Contradictor succubuerit, vel triumphaverit, nam si hujuscemodi Contradictor succubisset, potius corroboraretur, quàm in aliquo turbaretur ultimus status, & è converso ut inquit *Franc. var. resol. cap. 34. sub num. 12.*, *Card. de Luc. de Benefic. disc. 29. num. 25.*, ubi de re iudicata, à qua prodeat appellatio *Rot. decis. 63. num. 16. par. 19.*, & in *Tuden. Parochialis de Berduzido 26. Junii 1700.* §. *Ex his*, & §. *Et hinc*, & in *Melevitana jurispatronatus 31. Martii 1702.* §. *Etenim in fine coram R. P. D. meo Scotto, Oppiden. Beneficii 7. Maji 1703.* §. *Non obstante coram bo. me. Muto, Mediolanen. Cappellania 25. Aprilis 1704.* §. *Spretaque, rursus cum seq. coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, & in Spoletana jurispatronatus 19. Junii 1705.* §. *Quin ejusdem coram R. P. D. meo Omaña.*

22 Tetigimus supra sub §. *Vel è converso*, quod antelationem mereretur reintegra (videlicet ante institutionem Ordinarium) ille, qui Præsentatus extitisset ab existente in quasi possessione, nisi in contrarium dilucidè justificata remansisset proprietas, titulus, & dominium; sed illud verbum *dilucidè* non est adeò rigidè accipiendum, ut debeat constare de proprietate, titulo, seu dominio prorsus oculari. Quantumvis enim ea regulariter censeatur clara, & incontrovertibilis, sive ut dicunt, probata probatio, quæ vel descendit à publico instrumento, prout hic foundationis, vel dotationis, aut à confessione Partis, vel denique à re iudicata, quemadmodum generaliter affirmant, *Bal. in l. interest in ultimo notabil. Cod. de solut., Dec. consil. 38. num. 2.*, *Ruin. consil. 128. num. 1. lib. 4.*, *Card. de Luc. de judic. disc. 26. num. 1. de Franch. decis. 276. num. 2.*, *Rot. decis. 206. num. 2. coram Cavaler. decis. 180. num. 1. coram Ludovisi.*, & *decis. 198. num. 1. par. 9.*, & *decis. 347. num. 11. par. 11. recent.*, & *decis. 910. num. 90. ad fin. coram Coccin. decis. 385. num. 3. coram Merlin. decis. 1630. num. 4. coram Pania.* Et in specie petitorii absorbentis possessorium, sive ultimum statum in materia jurispatronatus, ac præsentationum præter supra relatos in §. *Quod si non adhuc prosequuntur*, *Clarlin. controuv. 211. num. 69.*, & *70.*, *Lotter. de re benefic. lib. 1. qu. 34. à nu. 29. ad seqq.*

*Card. de Luc. de Paroch. disc. 9. num. 8.*, *Adden. ad Buratt. dec. 776. num. 16.*, *Rot. decis. 25. num. 9. post Novar. in Summ. Bullar. dec. 861.*, & *dec. 887. utrobique nu. 2. cor. Duno. jun. dec. 240. num. 25. coram san. mem. Alexandro VIII. dec. 436. nu. 11. coram Bich. dec. 435. sub num. 4. par. 2. decis. 215. nu. 7. par. 15.* & *dec. 463. num. 8. par. 19. rec. dec. 514. num. 5. par. 14.*, & in *Florentina jurispatronatus 4. Junii 1681.* §. *final. coram bo. me. Pauluccio*, & in *Comen. jurispatronatus 3. Junii 1689.* §. *Non obstante coram Reverendissimo Manuel*, & in *Melevitana jurispatronatus 31. Martii 1702.* §. *Minusque coram R. P. D. meo Scotto*, & in *Mediolanen. Cappellania 23. Martii 1703.* §. *Constabilis coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano.*

Nihilominus non est abbreviata manus Tribunalium, & Judicum, ut si eminentius, seu per æquipollentes, & præcordia eorumdem Judicum stringentes demonstrationes eniteat undequaque de prædicto titulo, dominio, vel proprietate tales demonstrationes operari non debeant eundem effectum; in his quippe terminis pari modo superaret, & absorberet ultimum statum titulus, & proprietas ex congestis ad rem penès *Marant. controvers. jur. par. 3. respons. 47. num. 3.*, *Posth. in suo tractat. de manutent. obser. 32. sub num. 8. vers. ubi quod*, *Rot. decis. 735. num. 9. in fin. par. 3. recent. cum aliis in Alatrina jurispatronatus 15. Junii 1705.* §. *Nec magis suffragari coram R. P. D. meo Scotto*, cum præfata species probationum Instrumenti publici, confessionis Partis, & rei iudicatæ stare censeantur demonstrativè, non taxativè, ut innixus auctoritati Sacri Tribunalis, & signanter *decisio ni edita in illa Bononien. Parochialis super manutentione 26. Junii 1682.* §. *Siquidem coram bo. me. Ursino*, benè videtur ostendere *modernus*, atque *ingeniosus Romanus Advocatus in sua disceptat. Ecclesiastic. 28. num. 6.* Quod secus esset, si loco rei iudicatæ præcederet dumtaxat simplices decisiones, vel sententiæ, à quibus penderet revisio, vel respectivè appellatio, aut tractaretur de aliquibus præsentationibus, enunciativis, aliisque conjecturis, quæ non efformarent talem claritatem, ut de contrario doceri non posset, ut rectè limi-



limitando docuit, *Rota dec. 435. sub n. 4. par. 2. rec.*, & in *Mediolanen. Prioratus 5. Maji 1702. §. Nec ad minuendum coram R. P. D. meo Priolo.*

Et ipsum, quòd supra diximus circa trinam speciem demonstrativè potiùs, quàm taxativè designatam, practicari dignoscimus in consimilibus, & fortè asperioribus materiis ex. gr. in Statutis aliquam solemnitate expositibus pro forma, quoties tamen eadem forma respiciat certum effectum, utique tunc per judicantium subsellia æquo passu admittitur implementum per æquipollentiam, & correspondentiam eidem effectui secundùm bene adducta per *Cephal. conf. 25. num. 46. lib. 1.*, *Menoch. conf. 131. nu. 15. vol. 2.*, *Marescott. var. resolut. cap. 68. num. 1. lib. 1.*, *Conciol. ad Statut. Eugub. prelud. general. num. 102.*, *Fenzon. ad Statut. Urb. lib. 1. cap. 194. n. 71.*, *R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1. lib. 4. rubric. 1. num. 45.*, *Card. de Luc. de Feud. disc. 87. num. 5.*, *Coffantin. in suis collectan. tom. 2. annotat. 45. artic. 2. num. 210.*, *Rot. dec. 416. num. 10. par. 18. recent. cum aliis in meis annotationibus ad dec. 54. num. 24. tom. 1.*, & in *Bononien.*, seu *Imolen. bonorum super portione Sororis Mariae Celestis 27. Januarii*, & *28. Aprilis 1698.*, & *23. Januarii 1699. coram Reverendissimo dell'Olmo.*

Quinimmo solet, & jure merito memorata prima species probationis, nimirum publici instrumenti ampliari, seu explicari etiam in casu, quòd idem Instrumentum æquipollenter receptum non loqueretur per verba cubitalia, & expressa, sed indigeret juridica explicatione, ex quo non infligit dubietatem, sive, quòd idem est, claritatem impedit illud, quòd cum sola librorum aperitione si opus est, in se certum emergit per ea, quæ optimè tradit *Rota in decis. 183. num. 6. coram Seraphin.*, & in *Alatrina juris patronatus 7. Decembris 1705. §. Nullatenus attentæ replicatione in fine coram R. P. D. meo Scotto.*

Licet oppositum, ut sequitur dicta decisio in *Causa Alatrina* statuendum esset, quando dubietas in facto, & non in jure consisteret, dubia tunc locum à contrario sibi vindicaret propositio, quam optimè, vel generaliter, vel in hisce casibus aliàs

professa est *Rota* nempe, quòd hujusmodi æquipollens, sive Instrumentum debet esse tam clarum, ut nullam suscipiat dubietatem, sive oppositionem, sicuti videre est in *dec. 118. num. 9. coram Emerix. jun. decis. 423. num. 15. cum seqq. par. 14. rec.*, *Barchinonen. Beneficii 10. Maji 1697. §. Nec Obstat cor. Erzo D. meo Card. Caprara*, *Meleвитana juris patronatus 31. Martii 1702. §. Multoque minus cor. R. P. D. meo Scotto*, & in *Spoletana juris patronatus 19. Junii 1701. §. finalis cor. R. P. D. meo Omanna*: Quemadmodum pariter postrema ampliatio quoad juris dubietatem declarari, seu limitari posset, ubi ageretur de adedò intricata amaritudine, & disputatione juris, quòd exinde resultans juris dubietas (etsi hoc de raro contingat) veniat æquiparanda dubietati facti, ad connotata per *Corn. conf. 200. num. 5. lib. 1.*, *Roland. conf. 22. num. 36. lib. 2.*, *Gratian. disceptat. forens. cap. 536. num. 10.*, *Cappo. Latr. decis. 10. num. 14.*, *Rot. decis. 183.*, & *decis. 262. utrobique num. 6. cor. Seraphin.*, & in proposito ultimi status observatum fuit in *decis. 362. à n. 6. par. 5. recent.*

Hincque redeundo ad dubietatem in facto, vel jure inhaerentem ipsi ultimo statui, & si subsistant supra in tali proposito insinuata sub *§. Caterum* usque ad *§. Tetigimus*, attamen intercedere valet mixtura alterius casus, in quo utraque Pars collitigans contendat de quasi possessione, ac ultimo statui ad sui respectivè favorem, aut quòd Judices quamvis proculdubio inclinent pro hoc, vel illo ultimo statui, adhuc non sint invincibiliter certi de quasi possessione alterutrius, & tunc Magna Tribunalia rectè quandoque ex peculiaribus circumstantiis utentia ea legitima prærogativa, qua pollent supra cæteros Judices, & inferiores Magistratus, quandoque consueverunt tutius esse penetrare viscera boni juris, & substantiam meritorum, ipsiusque tituli mediante rescripto-- Videatur de bono jure etiam ad effectum manutentionis, vel prout hic institutionis, aut adjudicationis Beneficii, sicuti præter latè examinata super hujusmodi formula rescribendi in *Romana Communantiarum*, & *Fontanilis 20. Januarii 1701. sub §. Et idcirco cum pluribus seqq. coram Me*, in hac eadem subje-



subjecta thesi Jurispatronatus habetur in *decis. 333. in princ. sub S. Cum autem par. 17. recent. Mediolanen. Prioratus. 1. Februarii 1704. in princip. coram ho. me. Muto, & in Rbegien. jurispatronatus, seu Cappellaniae 28. Jun. 1706. §. 1. in fin. coram R.P.D. meo Priolo.*

Absque eo quod huc usque præmissis, & signanter probationi æquipollenti, & indagatiōni boni juris officiant verba  
25 prælaudatæ Decretalis Alexandri III. in dicto cap. Consultationibus ibi -- *Etiamsi postea juspatronatus alius evicerit in iudicio* -- quasi quod non debeant ad infractionem ultimi status admitti talia genera probationum, quæ utique possent deservire ad causandam præfatum existentiā, non autem ad præpediendam adeptiōnem beneficii respectu ejus, qui ultimo statui innitur: Jam enim tacite obviam ivimus objectiōni, seu confusiōni, quæ posset exoriri, dum adhibuimus distinctionem inter institutionem jam concessam, & non concessam ab Ordinario, & de facto prædicta Decretalis in sui definitione vera figurat primum tantummodo membrum allatæ distinctionis, cum præsupponat præcessisse Canonicam institutionem, sicuti colligitur, ex quo peragitur de remotione, & quia adhibet illam dictionem *postea*, quæ ordinem, & successivitatē, & sic in nostro proposito præcedentiā ipsius institutionis implicat, & supponit, ad *Textum in l. si tibi servitutis C. de liber. caus.*, *Rebuff. in l. laqueo ff. de verb. significat. fol. mibi 139. versic. Interdum, Decian. conf. 1. nu. 226. lib. 1., Alex. conf. 741. viso testamento col. 2. versic. confirmo ex illa lib. 2., Gob. consult. decis. 39. num. 5., Tiraquell. in l. si unquam C. de revocan. donat. verb. & postea num. 7. Rot. decis. 566. num. 4. coram Cavaler., & decis. 167. sub num. 7. par. 2. rec.*

De reliquo pro effugiendis æquivocationibus etiam respectu ejusdem primi membri præmissæ distinctionis animad-  
26 vertendum videtur, quod non semper materialis institutio, ac quasi possessio Beneficii attributa per Ordinarium alicui operatur, quod alter prætendens idem Beneficium ad tolerandum suum Contradictorem in possessione Beneficii, licet ex post in iudicio evincatur juspatronatus in eo, qui eum præsentavit, hocque signan-

ter in trino casu, quorum primus est, quando præfata institutio non fuit extrajudicialis, sed omnino contradicta, & judicialis, itaut succumbens coram Ordinario litem fuerit prosequutus per reclamationem, & appellationem tam à decreta institutiōne, quàm à possessione in sequelam apprehensa, ipsa quippe lis, & contradictio juncta reclamationi, & appellationi relinquit negocium in statu integro, & efficit ac si sententia, seu decretum super institutione cum omnibus indè sequutis latum, vel lata non extitisset, ex fusè firmatis per *Fontanell. decis. 420. num. 34. Magon. decis. Florentin. 98. de Franc. decis. 370. ex nu. 17. Rot. dec. 24. num. 2. coram Cavaler. decis. 113. num. 5. cum seq. coram Arguell. decis. 174. num. 3. & 4. coram Cels. decis. 706. num. 9. par. 18., & decis. 284. num. 5. par. 19. recent., & in Neapolitana Pecuniaria 12. Aprilis 1687. §. Et ad id. coram Reverendiss. P. D. meo Molines Decano, & in Valentina Beneficii 28. Novembris 1705. §. Cæterum neque coram me.*

Secundus assurgit casus, quando tractatur de Jurepatronatus ad plures Patronos indivisibiliter, prout juris est per-  
27 tinente; non per hoc namque, quod alter ex Patronis in præcedenti vacatione solus præsentavit, reportando etiam institui suum Præsentatum, sibi privativè acquirit ultimum statum, quinimo præservata reputantur etiam jura possessionis per hujusmodi præsentationem favore alterius Compatroni, *Abbas conf. 54. sub n. 3. Federic. de Sen. conf. 112. in ultim. dub. Calderin. conf. 15. de jurepatronat. Ruin. conf. 10. num. 10. lib. 5. Posth. de manuten. observat. 73. num. 41. Marc. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 55. n. 8. Garz. de Benefic. par. 5. cap. 5. nu. 115. Vivian. de jurepatron. lib. 5. cap. 2. num. 37. Fontanell. eodem tractat. lib. 1. quæst. 1. num. 16. Card. de Luc. disc. 63. num. 28. eodem tit. de jurepatronat. Rocc. in prax. Episcopal. resolut. 553. nu. 7. Adden. ad Ludovif. decis. 417. nu. 15. Rot. decis. 452. num. 9. coram Gregor. decis. 69. num. 2. & 3. coram Millin. decis. 46. nu. 25. coram Priol. decis. 3. num. 26. ubi præmaximè si doceatur eundem alterum Compatronum quandoque extitisse in quasi possessione præsentandi coram san. mem. Alexandro VIII. decis. 107. num. 5. decis.*



cis. 174. n. 10. par. 5. rec., & in Mediolanen. Prioratus 11. Decembris 1699. S. Id. que coram Reverendis. P. D. meo Molines Decano.

Fallente solùm hac regula, quando constaret aut de præsentatione inita per unum ex Patronis animo spoliandi possessione ejus Compatronum cum suis concomitantibus requisitis scientiæ nimirum & patientiæ ejusdem Compatroni negligentis, aut tot intercederent præsentationes, quæ facerent præsumere hujusmodi animum, necnon scientiam, & acquiescentiam Condomini, existimaretur quippe in his circumstantiis præservatam tantum substantia, seu titulus juris præsentandi, sed non ipsa quasi possessio, & ultimus status, ex bene ponderatis in proposito primæ limitationis per *Ruin. consil. 50. lib. 5. Gratian. discept. forens. cap. 277. num. 16. Nogueros. allegat. jur. 28. nu. 33. Vivian. de jure patron. d. lib. 5. cap. 2. num. 28.*, & circa secundam *Maceraten. var. resolut. lib. 1. resolut. 108. n. 33. & 34. Rot. decis. 299. coram Puteo lib. 1. dec. 25 1. num. 4. par. 2. rec.*

28 Tertius casus est (licet is non percutiat contentionem inter Patronos) quotiescumque institutio ab Ordinario concessa, sive etiam collatio alicui facta per Ordinarium prodit non citato eo, qui propria jura præsumat habere omnino independentem ab Ordinario; siquidem tunc talis institutio, talis collatio nullum ei præjudicium inferret, neque valeret factum ejusdem Ordinarii præbere locum, censuræ *Textus in d. cap. Consultationibus*, quemadmodum exemplificari potest, si Ordinarium contulisset uni beneficium tanquam liberum, eique tribuisset quoque possessionem, quoniam ubi habita notitia supervenisset prætendens habere super hujusmodi Beneficio jus præsentandi, utique quoad cum res diceretur integra, sicuti contingeret, quoties Ordinarius pariter instituisset aliquem Clericum tanquam à legitimo Patrono præsentatum; ad summum quippe in hac hypothesi damnum sibi gigneret idem Ordinarium, sed non alteri, qui prætendens Beneficium non esse servum, sed liberæ collationis, ad terminos regulæ 8. hodie 9. Cancellariæ, sequuta vacatione in mense Apostolico Beneficium impetrasset à

Sancta Sede, & hic erat casus nuperrimè disputatus in illa *Cremonen. Beneficii 11. Maji 1705. & 14. Maji 1706. cor. R. P. D. meo Kaunitz.*, quantumvis postea fuisset ex aliis capitibus, seu fundamentis à prædictis decisionibus recessum per sententiæ infirmationem, ut in decisione postmodum edita sub die 3. Decembris ejusdem anni 1706. *coram R. P. D. meo Lancetta.*

Et quoniam occasione hujus tertii potestremi casus attingimus contentionem super qualitate Beneficii, quodammodo venit adhæsivè, non omittenda quæstio præmanans à definitione alterius *Textus in cap. cum de beneficio de præbend. & dignitat. in 6.* videlicet an, & quando attendatur, seu vim faciat ultimus status in agone determinandi naturam, & qualitatem Beneficii, utrum scilicet existat Sæculare, vel Regulare, amovibile, vel perpetuum, residentiale, vel non, cum similibus, & certè tunc nisi intercedat legitima præscriptio, Summus Pontifex Bonifacius Octavus in hujusmodi capitulo præcipit non attendi ultimum statum, ejusdemque Constitutionis sensui obsequentes hoc idem responderunt *Franc. in eodem cap. cum de Benefic. num. 5. Passerin. ibidem num. 42. Garz. de Benefic. par. 5. c. 5. num. 58. vers. limitatur. Lotter. de re benefical. lib. 1. q. 34. num. 38. & 44. Beltramin. ad Ludovis. decis. 77. sub num. 12. vers. prædictis est conformis, Rot. decis. 2. n. 2. de præben. in nov. decis. 910. sub num. 11. coram Coccin.*

30 Ast quando colluctatio residet inter Collatarios, seu Præsentatos ad nudum finem consequendi sine præcisa qualificatione tituli possessionem Beneficii, vel pertractatur de sustinenda aliqua gratia Pontificia, magni momenti reputatur ultimus status, per ea, quæ ad declarationem, seu limitationem prædicti *Textus* differendo crediderunt respectu primæ partis *Geminian. in d. cap. cum de Beneficio num. 4. in fine, & num. 10. ad med. Calderin. consil. 23. in princip. Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 55. num. 23. Murg. de Benefic. q. 3. num. 97. Ricc. prax. Episcop. resol. 550. Rot. decis. 823. num. 6. coram Pænia decis. 154. num. 3. & 4. par. 1. rec.*, & respectu secundæ *Passerin. in d. cap. cum de Beneficio nu. 41. Decian. consil. 126. n. 1. Lotter.*



*Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. n. 40. Ros. de exequutor. litterar. Apostolic. par. 1. cap. 6. num. 104. 107. & 117. Aden. ad Buratt. decis. 776. num. 17. Rot. decis. 2. de præben. in nov. decis. 776. num. 18. coram Duno. jun. decis. 482. num. 7. coram Ludovis. decis. 737. nu. 5. par. 2. & decis. 329. n. 6. par. 18. recent.*

<sup>31</sup> Nil magis frequens, & familiare est quodammodo adagium, quàm quod provisiones Apostolicæ neque firmant, neque immutent statum Beneficii, ex congestis *Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 55. n. 18. Noguerol. allegat. jur. 28. num. 36. Salgad. de potest. Reg. par. 3. cap. 9. num. 27. Frass. de jurepatr. Reg. Indiar. tom. 1. cap. 3. num. 50. Ricc. in prax. jurispatronat. decis. 204. nu. 241. Rot. decis. ultima de jurepatronat. coram Achil. de Graf. Rot. decis. 274. num. 14. coram Ja. me. Alex. VIII. decis. 245. num. 35. & seqq. par. 9. decis. 372. num. 113. par. 17. & in Bononiën. Parochialis super manutentione 3. Julii 1660. S. Non obstantè, & 2. Februarii 1680. coram clar. mem. Card. Vicedomite, & 26. Junii 1682. S. Etenim, & S. Secunda cum seqq. coram bo. me. Ursino.*

<sup>32</sup> Maximè si eadem provisiones ceciderint super Beneficio subjecto Juripatronatus sæculari, & Papa providendo de eodem Beneficio, vel deroget expressè ipsi Patronatui, vel implicite de ipso disponendo tanquam de reservato per vacationem in Curia, vel apud Sedem, vel denique in admittendo resignationes sub assueta clausula -- *accedente consensu Patronorum* -- in talibus enim circumstantiis potius firmatus, quàm immutatus status antiquus esse reputatur, juxta animadverta *Bursat. consil. 324. num. 3. vers. rursus lib. 3. Capyc. Latr. consult. 153. n. 40. Frass. de Patronat. Reg. Indiar. cap. 3. n. 51. Card. de Luc. de jurepatron. disc. 9. nu. 11. Rot. decis. 527. sub num. 2. par. 4. divers. decis. 63. nu. 3. par. 10., & decis. 421. n. 33. & 34. par. 18. rec. tom. 2. Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1706. S. Facile fuit, & S. Non obstat in fin. coram R. P. D. meo Lancetta.*

<sup>33</sup> Idemque eveniret, si versaremur in Patronatu Ecclesiastico, quando provisiones Apostolicæ contigissent in mens. Sanctæ Sedi reservato, eo quippe casu tanquam compatibles cum eodem Patronatu Ecclesiastico, statum profectò Be-

neficii non alterarent, ex *Murg. de Benef. quest. 3. num. 24. in fin. Card. de Luc. de jurepat. disc. 7. sub num. 14.* quapropter in sequelam pro indaganda assistentia quasi possessionis, seu ultimi status ad favorem alterius ex contendentibus, recurri solet ad statum antecedentem præsentationum, quæve præcesserant easdem Apostolicas provisiones, ut fuit dictum, & præfictatum in *Aretina Beneficii 20. Januarii 1701. S. Utique, & 23. Aprilis 1703. S. Minime tollunt cum seq. coram me, in Tuden. Parochialis de Bertuzido 21. Junii 1707. S. Ex his coram R. P. D. meo Scotto, & in Cremonen. Beneficii 3. Decembris 1706. S. Facile fuit in fin. coram R. P. D. meo Lancetta.*

<sup>34</sup> Contrariumve tantummodo dicendum esset, quando sufficienter appareret de voluntate Papæ vindicandi Beneficium in libertatem cum scientia, & acquiescentia Patronorum, quod tamen in dubio non præsumitur, ex *Capyc. Latr. consult. 154. sub num. 43. Felic. in tract. quando litera Apostolicæ noceant Patrono, de Ros. de Exequutor. liter. Apostolic. par. 1. cap. 6. num. 112. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. num. 62. & seqq. Rot. decis. 39. sub num. 4. coram Ninot. decis. 405. num. 20. coram Bichio, & decis. 172. sub num. 9. par. 3. recent.*

Cùm itaque ex huc usque insinuatissimum ad modum hydræ confurgere in hac materia, totque adsint scribentium etiam post Sacri Concilii publicationem, diffecationes, ac digladiationes, totque prædierint pariter ex post in casuum contingentiis oracula Tribunalium, præsertim Sacræ Rotæ super enucleatione, ac applicatione utriusque *Textus* ab initio collaudati, & magis sæpè in cap. Consultationibus, mirandum videretur de dicto *Fagnani in dicto cap. Consultationibus ex num. 7. S. Querunt ad num. 8. cum seqq. de jurepatronat.* quod nempe præadductæ aliqua adducibiles quæstiones remaneant hodie inutiles ob superventam sanctionem prædicti Sacri Concilii Tridentini *sess. 25. cap. 9. de reform. nisi fortè veniat excusandus, aut intelligendus in casu*

<sup>35</sup> quo pugna versetur circa servitum, vel libertatem Beneficii, & ut bene intellexerat *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloss. 18. nu. 22.*



num. 22. ad finem includendi, vel excludendi regulam nonam Cancellariæ, quia tunc indubitanter sola quasi possessio ultimi dumtaxat status ad consequendam institutionem non sufficeret, adeo ut assertus Patronus dicere posset, *presentavi in ultima vacatione, fuitque concessa institutio meo Presentato, ergo valeo etiam hodie presentare*, & denegari nequit institutio meo Presentato; Obstitit enim tunc Sacrosanctum Concilium, quod ex una parte nolens violare legitima jura patronatum; & ex altera mederi, nè sub hoc colore Ecclesiastica Beneficia redigerentur in servitutem, semitam præscripsit, & indicavit comprobandi hujusmodi servitutem, seu juspatronatus, mediante fundatione, vel dotatione, quæ ex authentico documento, & alijs de jure requisitis ostenderetur, & de facto per Sedem Apostolicam non conceduntur ullæ literæ, vel gratiæ præsuppositivæ jurispatronatus, nisi sub illa clausula--*verificato prius jurepatronatus coram Ordinario*-- ut patet ex *de Ros. de Executor. literar. Apostolicar. lib. 1. cap. 4. il. 2. num. 124.*, & explanando præfatam sanctionem Sacri Concilii Tridentini *sess. 25. de reformat. cap. 9.* tradiderunt *Ciarlin. controvers. forens. lib. 1. cap. 107. num. 74. Gratian. discept. forens. cap. 310. num. 78. Posth. de manut. observ. 32. num. 26. & 27. in fine, Tondut. quest. & resol. benefical. tom. 1. par. 2. cap. 4. §. 9. num. 9. & 10. Vivian. de jurepatronat. lib. 11. cap. 5. num. 16. Antunez. de donat. lib. 3. cap. 28. sub num. 164. Ricc. in prax. for. Eccl. jurispatronatus resol. 132. n. 3. dec. 42. num. 3. coram Millin. & decis. 235. num. 1. in fin. par. 2. rec.*

36 Ubi autem principaliter non agatur de libertate, aut servitute Beneficii, sed controversia stet cum juridica præsuppositione servitutis inter plures Presentatos à diversis personis, quisnam ex illis veniat instituendus, ad hunc casum minimè extenditur dispositio Sac. Concilii, & locum sibi usurpant præfatæ omnes quæstiones, quæ idcirco non sunt inutiles, sicuti relato *eodem Fagnan.*, qui deinceps in *dicto cap. Consultationibus nu. 16.* se declaravit, vel correxit, observavit *Pyrbing. in jus Canonic. tit. 37. de jurepatr. sect. 4. §. 1. num. 88. Ciarlin. controv. jur. d. cap. 107. sub num. 73. Tondut. quest. be-*  
Pars II.

*nefic. tom. 1. cap. 87. num. 9. Pignattel. consult. forens. tom. 9. consult. 82. nu. 31. Posth. de manut. d. observ. 32. sub num. 5. Rota in Pisana Cappellania 20. Maii 1594. coram Blanchett. inter impress. penès Marchesan. de Commission. par. 1. cap. 2. decis. 38. fol. 134. num. 2. decis. 1798. nu. 6. coram Coccin. decis. 274. num. 11. par. 2. decis. 179. num. 3. par. 3. rec.*

Quinimmo etiam in primo casu contentionis cum Ordinario vindicare satagente libertatem beneficii non desuere, 37 qui visi sunt contentari ultimo statu effectum sortito ad favorem Patroni, iterum presentantis præsertim accedentibus alijs adminiculis à longè, ut ita dicamus, titulum indicantibus, seu comprobantibus, ut liquet penès *Garz. de benefico. par. 5. cap. 5. num. 60. Posth. de manuten. observat. 18. num. 17. & seq. Rot. post eundem decis. 657. num. 9. & 10. Adden. ad Buratt. decis. 633. num. 14. Acbill. de Grass. decis. 5. de jurepatronat. decis. 270. num. 2. coram Cerr. decis. 23. num. 7. coram Duran., & decis. 252. num. 7. & 8. part. 10. recent., & quod præcisivè à patronatu ex privilegio, vel aliàs suspecto, necnon a regula nona Cancellariæ Sacrum Concilium non auferat efficaciam ultimi status, quamvis agatur de lite cum Ordinario, videtur tenuisse *Rota in Olomucen. iurisdictionis 5. Junii 1693. §. Nec infringi cum seqq. coram bona memoria Muto, & 5. Maji 1694. §. Neque in presenti cum seq. coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, relat. per modernum Romanum dicta disceptat. 28. sub num. 16.**

Tantamque subsistentiam habet in suis casibus *cap. Consultationibus*, ut Papa gratificare volens unum ex pluribus Presentatis cum derogatione medietatis vocum, quæ fortè pertinuissent ad alterum ex eisdem contradictoribus præmaximè respectum habeat ad eum, qui reperitur Presentatus ab existente in quasi possessione presentandi, aliàs ipsi gratia, seu derogatio non suffragatur secundum ea, quæ connotavit *de Ros. de executor. liter. Apostol. in addit. ad cap. 5. sub num. 47.*, & pluries dixit *Rota signanter decis. 87. n. 9. coram Arguelles decis. 604. num. 5. & 6. coram Cerr. decis. 267. num. 23. coram Peutinger. decis. 305. num. 6. coram Priolo decis. 352. num. 4. par. 6. recent. Verulana Ab-*  
batia



*batia* 23. Februarii 1680. S. *Supposito* igitur, coram bon. mem. Rondonino, *Isclana Beneficii* 26. Martii, & 18. Junii 1696. coram Eminentissimo D. meo Cardinali de la Tremoille, *Aretina Beneficii* 21. Januarii 1701. S. 1. in fin. coram Me, & in *Opiden. Beneficii* 7. Maji 1703. S. *Idemque* evenit cor. bo. me. Muto.

Cessante dumtaxat hac necessitate docendi de quasi possessione sui presentantis, quodcumque ille, qui obtinuit gratiam derogationis limpide per rem judicatam, vel confessionem Partis aliisve modis supradictis patefaceret de titulo ejus Auctoris incontinenti, reincidenter etenim in eo casu jam abunde superius affirmata non curando de quasi possessione, ultimove statu per deglutitionem possessorii factam à petitorio, hocque presentem re non integra, uti videbatur distinctum in *Celsonen. Beneficii* 25. Januarii 1700. S. *Hoc tamen cum sequenti* coram bona memoria *Jacometto*, & prosequitur de *Ros. in dicta addit. cap. 5. sub num. 48.*, vel quando juncta præfata liquiditate petitorii Impetrator hujus gratiæ numeraret pro se voces, quæ excederent medietatem, ex quo in his terminis hujusmodi gratia derogationis medietatis potuit quidem obtineri ad superabundantiorem cautelam, quæ nunquam nocet, sed in propria essentia remaneret inutilis, & frustratoria, habens quippe majorem partem vocum indubitabilium suapte natura minorem devorat, & vincit, ut præter generalia, de quibus per *Text. in cap. 3. & ibi Gloss. verb. qui minoribus de jure patronatus*, habetur penes *Capon. disceptat. forens. 67. num. 5. tom. 2. Barbof. de offic. & potestat. Episcop. allegat. 72. num. 199. Card. de Luc. de jure patron. discurs. 61. num. 20. decis. 294. num. 8. & 9. coram Duran. decis. 375. n. 11. coram Cerr. decis. 379. nu. 21. & 22. par. 8. decis. 363. num. 10. part. 9. decis. 30. nu. 7. part. 19. rec. & in Pampilonen. Parochialis 6. Martii 1702. in principio, & in Mediolanen. Prioratus 25. Junii 1700. S. *Manentibus igitur in utraque, coram Me, dictum ad rem fuit in decis. 57. num. 16. versic. Unde opus non est, post Tondut. de pensionibus, & Celsonen. Beneficii 25. Januarii 1700. S. Hinc non est, coram bon. mem. Jacometto.**

Postremo ad dilucidiorum; ut speratur, materiæ explanationem, videtur non omnino prætereundum, quòd quandoque casus præbet, quòd in causa, five in certamine existant, nedum Presentati de assequenda institutione dimicantes, sed etiam Patroni super proprietate, & titulo, verum hæc complicatio, seu comparitio personarum non obnubilat Theatrum non solum quoties Patroni sint in Scena ad simplicem finem adhæSIONIS pro reportanda institutione favore proprii Presentati, dum veniens in iudicio adhærendo alteri ex Principalibus colligantibus quicquam non facit immutationis ad tradita *Ubert. de citat. cap. 14. num. 263. & 269. Rota decis. 303. num. 3. & seqq. & decis. 576. num. 8. coram Ludovis. decis. 144. num. 18. coram Coccin., & dec. 261. num. 7. par. 15. rec.*

39 Sed quoque in casu, quo uterque Patronus principaliter concupiscat dirimi questionem proprietatis, tantummodo quippe in hoc supposito, quoad eosdem Patronos non posset pro determinanda pertinentia juris presentandi (nisi forsitan per viam observantiæ interpretatiæ &c.) aliqua haberi reflexio de quasi possessione, aut ultimo statu, sed solum inquisitio faciendæ esset de præmissis titulo, & proprietate per ea, quæ optimè advertit *Rota decis. 13. num. 21. par. 6. recent.*, quin exinde officeretur privilegio quasi possessionis competenti alteri ex Presentatis; interessentia quippe Patronorum desuper contententium gignere non valeret, nisi principium illius evictionis, & præservationem juris patronatus cum canonizatione ejus proprietatis, quas uterque respectivè Pontifex videlicet *Innocentius Tertius*, & *Alexander Tertius* præservare intenderunt; Siquidem non implicat præberi uni manutentionem, alteri sententiam, & sic eo magis, nè fraudetur, nimumque protrahatur Ecclesiæ servitium, donec disputari contingit de pertinentia Patronatus, concedi uni Presentato institutio, alteri verò Presentati canonizatio proprietatis juxta egregiè disputata penes *Abbat. in cap. cum Dilectus, ubi ceteri Canonista de caus. possess. & proprietat., Gutierrez practicabil. quest. lib. 5. question. 42. & seqq., & num. 48. Marefcott. var. resolut. lib. 1. cap. 55. n. 49.*



*Et sequen. modern. Roman. d. disceptat. 28. sub num. 5. Et sub num. 16. prope med. Rot. decis. 14. de restitut. spoliator. in antiqu. decis. 416. num. 3. Et decis. 575. num. 1. coram Seraphin. decis. 269. num. 6., Et 7. par. 2. divers. decis. 374. num. 11., Et decis. 435. num. 4. par. 2. recent.*

41 Hæcque omnia, quæ dicta sunt in The-  
si jurispatronatus proportionabiliter con-  
gruunt, & applicantur juri conferendi,  
ac juri eligendi, nominandi cum simili-  
bus, ista namque vocabula plerumque  
synonymè adhiberi solent; vel ad invi-  
cem, ubi eadem ratio concurrat, frater-  
nizant ita demonstrat ante *Text. in ca. que-  
relam de elect., Et elect. potestat., Et asse-  
rentibus Abb. in sapius relat. cap. consulta-  
tionibus num. 2. Vitalin. in Clementin. 1.  
num. 25. de excessibus Prælator. Fagnan. in  
d. cap. consultationibus num. 7. Bald. conf.  
437. in princip. lib. 2., Card. de Luc. de re-  
gal. discurs. 3. num. 3. Sperell. decis. 30.  
num. 20. versic. idemque est in election. Rot.  
decis. 252. num. 2. Et decis. 38. num. 5. co-  
ram Priol. Et decis. 13. sub num. 20. par. 6.  
recent., Novarien. Parochialis, seu Vica-  
ria Sancti Martini 22. Junii 1705. S. His  
positis coram Eminentissimo Domino Cardi-  
nali Caprara, Et in Tarraconen. Parochia-  
lis de Vimbodino 15. Januarii 1706. S. Re-  
scripserunt itaque Domini coram Me.*

Absolutis hæc Theoricis, quarum  
elaborationem libavi, ut jungerem studii  
sacrificium obedientiæ debitæ in obse-  
quium desiderii, & jussionis Tribunalis,  
seu Reverendissimi D. mei Decani sub  
non dissimili tamen protestatione, quam  
faciunt scribentes vitam, seu gesta Ve-  
nerabilium Servorum Dei, & decreto sa-  
me. Urbani VIII. nempe quod fides rema-  
neat penes Auctorem, sive extensorem,  
cujus quandoque sensus non semper ad-  
scribitur sensui Tribunalis, sic uti passim  
habetur apud Rotam decis. 5. in fine coram  
Pania, Et decis. 70. num. 9. par. 19., & ipse  
Ego aliquando me declaravi, Et præci-  
pue in illa Ferrarien., seu Imolen. Bono-  
rum 26. Martii 1700. S. Adderem ego in  
sensu privati Extensoris coram Me.

Et ad rem hodiernæ resolutionis de-  
scendendo, sicque, ut dicitur applican-  
do activa passivis, SEQUUTA VACA-  
TIONE beneficii, seu Abbatia erectæ sub  
titulo Sancti Joannis Evangelistæ in Ter-

Part. II.

ra, seu loco Robiani per liberam resi-  
gnationem Joannis Baptista illius pos-  
fessoris, tres ab initio Præsentati extite-  
runt; videlicet Petrus Paulus à Casare  
signanter, duobusque fratribus; Joannes  
Franciscus à Balthaxare Avo, & Cajeta-  
no, Philippo, & Balthaxare Michaeli  
Fratribus, & Rodolphus à Marchione  
Joanne Claudio omnibus de prænobili  
familia Squarcia, aliàs de Gluffiano; Ve-  
rùm cum paulo post Joannes Franciscus  
jura præsentationis de se factæ transfule-  
rit, & cesserit in Petrum Paulum sub cer-  
tis modificationibus, seu pactis, idemque  
Petrus Paulus à Sanctissimo Domino no-  
stro Pontifice semper Optimo Maximo,  
nedum successivè obrinuerit hujusmodi  
cessionem, ac pacta approbari, sed etiam  
gratiam, quam nuncupant *pro Præsenta-  
to* cum ulteriori derogatione jurispatro-  
natus, jure merito Ordinarius comperta  
narratorum verificatione literas Aposto-  
licas desuper expeditas executioni de-  
mandandas esse decrevit, quod & Sacra  
Rota hodierno oraculo confirmavit, sub-  
censens -- *Nullum esse arbitrio* -- quod ei-  
dem Auditorio, Signatura Justitiæ cir-  
ca retardationem hujusce executionis  
42 commiserat, quemadmodum in similibus  
casibus concurrente justitia, & justifica-  
tione expressorum solita est respondere,  
ut liquet ex *decis. 594. num. 2. coram Bich.  
Et seqq. Et decis. 83. num. 1. parte 17., Et  
decis. 82. pariter num. 1. part. 19. recent.  
Bononien. Cappellania 11. Martii 1701. in  
principio coram Reverendissimo de l'Olmo,  
Chelmen. Decanatus Tamoscen. 26. Junii  
1702. S. Arbitrium coram bon. mem. Muto,  
Augustana Canonicatus 19. Januarii 1705.  
S. Plana etenim coram R. P. D. meo Omaña  
Barchinonen. Beneficii 26. Junii 1705.  
S. Cum autem, in Interammen. Jurispatro-  
natus 22. Martii 1706. in principio, Et in  
Mediolanen. jurispatronatus super execu-  
tione literarum Apostolicarum 21. Februa-  
rii proximè præteriti S. Arbitrium etenim  
coram R. P. D. meo Scotto.*

Ac equidem de necessarissimo extre-  
mo pro sustinenda præsentatione, exi-  
stentiæ scilicet jurispatronatus, quod de  
cætero ut supra innuimus, Sancta Sedes  
facile non approbat, & de quo explici-  
tè in præsentis Bulla, seu literis Sanctissi-  
mus Dominus noster se declaraverat per  
illa



illa verba -- per presentes non intendimus dictum juspatronatus in aliquo approbare, irrefragabiliter constitit ex antiquissima sententia nostri Tribunalis lata usque de anno 1597. per Cardinalem Lancellottum, in qua ad normam decisionum, quæ præcesserant coram Comitulo inter suas dec. 6. & decis. 46. definitum fuerat, Ecclesiam sine Cura, vel Cappellanum sub invocatione Sancti Joannis Evangelista, de qua agebatur, fuisse, & esse de jurepatronatus Petri Pauli, & familie de Squarcia de Gluffiano ex fundatione, & dotatione; Cumque ab hac sententia nulla deinceps interposita 43 appareret appellatio, quinimmo ea remanserit sub inconcussa per sæculum observantia roborata, non erat ambigendum, quo minus non foret superabunde satisfactum verificationi existentia ejusdem Jurispatronatus quoad hanc familiam de Squarciis de Gluffiano etiam juxta præscriptum, quatenus oportuisset, Sacri Concilii Tridentini in supracitata session. 25. de reformation. capit. 9. ut ultra superius in sua classe allegatos comprobarent Ciardin. controvers. forens. lib. 1. cap. 57. num. 10. decis. 490. num. 4. coram Dunozett. jun. decis. 169. num. 11. par. 10. & decis. 25. num. 9. par. 12. recen. Leodien. Parochialis 27. Junii 1687. S. Concurrit, Camerinen. Jurispatronatus 10. Maji 1694. S. Absque dubio, & in Mediolanen. Prioratus super dubio ignobilium 15. Junii 1703. S. Cumque Ordinarius coram R. P. D. meo Scotto, & in Mediolanen. Præpositura 33. Januarii 2705. S. Accedente præsertim coram Reverendissimo P. D. meo Molines Decano, & in proposito Jurispatronatus gentilitii connotarunt Peregrin. consil. 32. à num. 18. ad 20. lib. 1. Rota decis. 482. num. 5. par. 1. decis. 270. num. 9. & 11. par. 11. & decis. 192. num. 2. par. 19. recen., & in Comen. Cappellania 31. Martii 1702. S. Ex his quoque coram Eminentissimo D. meo Cardinali de la Tremoille.

Firmato Jurepatronatus in genere, nullaque coincidente dubitatione super veritate tam litis, quam cessionis Sanctissimo nostro enarrata, & per Sanctitatem Suam approbata, & communitatem parvum obstaculum iniecit illa alia clausula præservativa in literis apposta, sive adjuncta -- necnon litis pendentia hujusmodi, & juribus dicti Rodulphi in aliquo præ-

judicare -- nullibi quippe præluxit, quod confirmata jam cessione facta Petro Paulo per Joannem Franciscum, & vigente præsentatione, quam in sui personam reportaverat Petrus Paulus, aliquod, vel minimum præjudicium Rodulpho irrogaretur; Cum etenim Petrus Paulus ex utroque capite etiam disjunctum sumpto, propria nimirum præsentationis, & cessionis juris alterius præsentationis in se transfusa per Joannem Franciscum pluralitatem, & excedentiam vocum ad sui favorem numeraret, quodammodo, ut supra meminimus gratia derogationis jurispatronatus imbibita ejus literis pro 44 Præsentato reddebatur inutilis, vel omnino superabundans ad punctualem decisionem in dicta Celsonen. Beneficii 25. Januarii 1700. S. Hinc non est opus coram bon. mem. Jacometto, & pari modo generaliter ultra superius relatos in S. Cessante dumtaxat, tradiderunt Lambertin. de jurepatronat. lib. 2. part. 3. quest. 4. artic. 1. Garz. de Benefic. par. 9. cap. 2. n. 257. Rot. decis. 85. num. 1. coram Cels. decis. 19. num. 1. par. 11. & decis. 74. num. 1. par. 18. recen. Compostellana Parochialis 2. Junii 1706. S. Decidendi ratio coram R. P. D. meo Priolo, & in Sveshana Beneficiorum 25. Junii ejusdem anni 1706. S. Ipse enim coram R. P. D. meo Kaunitz.

Diximus ex utroque capite, nam inchoando à propria præsentatione, quam Petrus Paulus fuerat sortitus à Cæsare, ac duobus ejus fratribus, ecce quod præsciendando à cessione, ac vocibus sub ea inclusis, ecce quod idem Petrus Paulus superabat Rodulphum non exhibentem pro se, nisi unicum vocem suæ præsentationis Marchionis Joannis Claudii, haud relevante ad hoc propositum, ubi opus esset, prætenfa immutatione jurispatronatus de gentilitio, ut sonabat sententia Cardinalis Lancellotti in hæreditarium, quandoquidem admissa etiam præsuppositione, sive figurationis qualitatis hæreditariæ, adhuc steteret juspatronatus in duabus vocibus hæreditariis, altera nempe proveniente à linea Cæsaris, & altera à linea Joannis Claudii, tuncque in hac æqualitate vicisset Petrus Paulus, dum & ipse erat de familia Gluffiana, & 45 idcirco semper in paritate vocum comparative ad Rodulphum extraneum erat grati-



gratificandus, & anteponendus, prout rationabiliter, & æquativè tenent *Gloss. in cap. neminem distinct. 7. Capon. disceptat. forens. 67. nu. 4. tom. 2. Rocc. de Curt. de jurepatronat. in verb. honorificum quaest. 38. Lambertin. eodem tract. lib. 2. par. 3. quaest. 5. art. 40. Vivian. pariter eodem tractat. par. 3. lib. 14. cap. 2. num. 67. Rota decis. 275. num. 2. coram Mantic. decis. 647. num. 16. coram Buratt. decis. 294. num. 2. coram Pamphil. cum aliis in Mediolanen. jurepatronatus tertia Julii 1684. §. Observarunt coram bo. me. Pauluccio.*

Eoque robustius juncta, seu perspecta in quadam, ut præmissimus exuberantiam, derogatione jurepatronatus etiam in totum attentata lite præexistente; quia licet in vim prædictæ posterioris clausulæ Papa non intellexerit velle præjudicare eidem pendentis litis, ac juribus Rodulphi; nihilominus nè omnino gratia vacua remaneret, & sine effectu saltè in aliquo illa compatibiliter ad omne pejus erat interpretanda, aut reducenda ad eam gratificationem in casu medietatis vocum, quam Pontifices sibi passim assumunt in locum Ordinarii ex animadversis per *Amayden. de styl. Dataria lib. 1. cap. 15. §. 15. num. 4. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quaest. 8. num. 103. Rot. in Barchinonen. Beneficii 23. Martii 1705. §. Tertio tandem coram Me; Gratia quippe, quantum fieri potest, nusquam debet reputari penitus inutilis, & otiosa, ut inquit Bonifacius VIII. in cap. si Papa de privileg. in 6. Paris. consil. 70. col. 2. vol. 1. Cyriac. controvers. 622. num. 17., & 18. tom. 4. Mantic. de tacit. lib. 10. num. 5. tom. 1. Capycius Latr. decis. 182. num. 69. tom. 2. Rot. decis. 297. num. 2. par. 4. tom. 2. & decis. 385. num. 5. par. 11.*

Evidentiùs autem, quia neque ulla tenus constabat de hac præfensa immutatione qualitatis, quæ esset diversificativa naturæ familiaris, & gentilitiæ in contradictorio judicio canonizata per enunciata sententiam, & rem judicatam Cardinalis Lancellotti, quæ cum post illa verba -- fuisse, & esse de jurepatronatus Petri Pauli -- adjecerit -- & familia -- profecto efficiebat, quòd Patronus habendus esset pro verè familiari, & verè gentilitio, quemadmodum bene in durioribus terminis circa juspatronatus fa-

milix de Mantegatis pluries decisum fuit, & præsertim in illa *Mediolanen. Priop. ratus cor. clar. mem. Cardinali Corvado sub die 14. Martii 1646. coram Ubago decis. 4. nu. 5., & decis. 30. nu. 1. in rec. decis. 503. sub nu. 1. par. 18. sub die 11. Aprilis 1699. cor. Rmo P.D. meo Molines Decano, & 25. Junii 1790. §. Dicebat igitur coram me, 15. Junii 1701. §. Absque eo, quod cor. R.P.D. meo Priolo 17. Junii 1703. §. Hujusmodi coram R.P.D. meo Scotti, & super mixtura & filiis familias 29. Januarii proxime præteriti §. Qualitatem enim gentilitiam cor. R.P.D. meo Caffarello.*

Quoniam ad ostendendam præfensam immutationem perperam adducebatur non admodum antiqua præfentatio facta per Petrum Paulum sub anno scilicet 1683. in Personam Joannis Claudii sub illa expressione uti hæredis, quia præterquam non poterat per hanc nuncupationem citra consensum aliorum de familia, quibus fuerat jus quaesitum per rem judicatam, fieri talis immutatio, adhuc vocabulum illud hæredis, vel erat accipiendum pro hæredibus sanguinis, quia statim Petrus Paulus in eademmet præfentatione alterum vocabulum immiscuit Agnati vel omnino sperni merebatur, dum in actibus consequutivis, & signanter in ipsa institutione fuit expressum, quòd Beneficium spectaret ad Familiam de Squarciis de Glusiano cum positiva productione Sententiæ Cardinalis Lancellotti, ex qua sanè productione facta sine ulla præservativa, vel protestatione urgentissima enascitur confessio producentis ad *Text. in cap. olim in Censib. leg. 1. §. Editiones ff. de eden. Glos. in auth. de Testib. §. Et licet verb. & supplicis colum. 6., Negusant. Sylu. Test. qu. 78. num. 1., & seqq., Marecot. var. resolution. lib. 1. resolution. 36. n. 3., Ridolphin. in prax. par. 1. cap. 2. nu. 148., Angel. de confess. lib. 1. qu. 7. effect. 5. num. 18. Rot. decis. 128. nu. 7. coram Bich. decis. 360. nu. 3. par. 5. decis. 88. num. 20. par. 6., decis. 29. nu. 37. par. 7., & decis. 429. nu. 25. par. 18. recent.*

Superaddendo, quòd cum non aliunde meliùs quam per ipsam rem judicatam coruscare non posset de jurepatronatus coram Ordinario illud admittere debente, utique hic actus, hæc confessio, hæc productio prævalebat simplici, ac æqui-

vocæ



vocæ nuncupationi hæredis, aliàs decre-  
tum institutionis, & admissionis jurispat-  
ronatus factum ab Ordinario minimè  
remanisset justificatum ex actis prout  
præsumitur, & oportet ad tradita per  
Gloss. in leg. *his qui ad Civilia*, verb. *osten-*  
*de versic. dicimus enim* Cod. de appellat.,  
Scacc. eodem tract. de appellat. qu. 20. sub  
num. 20. Card. de Luc. de Benefic. disc. 14.  
nu. 10. Rot. decis. 864. nu. 6. coram Duno-  
jun. dec. 114. nu. 7. coram Zarat. dec. 254.  
nu. 7. coram Bichio dec. 667. num. 2. par. 1.  
dec. 272. n. 6. par. 12., & dec. 604. sub n. 6.  
par. 19.

Constabilito igitur jurepatronatus in  
sua propria qualitate familiari, seu genti-  
lita, consequens erat, quod cum moder-  
46 nus Petrus Paulus Actor ostenderet sese  
fuisse præsentatum à tribus personis; Ro-  
dulphus verò tantummodo ab una, dubio  
procul præcelleret ejusdem Petri Pauli  
præsentatio, cum nemo ignoret, quòd  
in jurepatronatus gentilicio, seu fami-  
liari non numerantur stirpes, vel lineæ,  
vel quotæ hæreditariæ, sed sola capita.  
Præsentantium, itaut Pater unà cum filio  
constituat, ubi opus est, geminas voces,  
seu Personas, Franc. in cap. ultimo de ju-  
repatr. in 6., Gabriel. consil. 196. num. 6.  
lib. 2. Gratian. discept. 522. num. 19., Rot.  
in Florentina jurepatronatus de Ricafolis,  
relata penès, Vivian. de jurepat. lib. 4.  
cap. 1. num. 71., & in Mediolanen. Priora-  
tus de Mantegatis 11. Decembris 1699.  
§. 6., & 15. Februarii 1700. §. Concur-  
rente, coram R. P. D. meo Molines De-  
cano 25. Junii 1700. §. Atque coram me-  
14. Februarii 1701. §. Prædicta, coram  
R. P. D. meo Scotto, & latius super dubio  
filiorum familias 18. Junii 1703. coram  
eodem.

47 Circa defectum probationis descen-  
dentia, promovebant Informantes pro  
Rodulpho facile fuit respondere, cum  
etenim in roties memorata Sententia  
Cardinalis Lancellotti expressa mentio  
facta legeretur de Balthaxare Seniore  
tanquam Patrono, & de familia Gluffia-  
na, undique sufficiebat, quòd in Præ-  
sentantibus Petrum Paulum liqueret de  
justificatione Descendentia ab ipso Bal-  
thaxare Seniore ex iis; quæ passim affir-  
marunt per Frances. variar. resol. cap. 34.  
num. 18. Castald. conf. 189. num. 15., Lot-

ther. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. nu. 118.  
Rot. decis. 348. num. 2. cor. Penia dec. 100.  
n. 4. cor. Duran. dec. 31. n. 8. coram Celsi  
dec. 983. nu. 3. cor. Duno. junior. dec. 118.  
num. 28. coram Bichio, decis. 146. num. 2.  
par. 2., & decis. 63. sub num. 6. par. 10.  
recent.

48 Quòd autem in Præsentantibus Petrum  
Paulum verificaretur, ac probata existe-  
ret prædescendentia à Balthaxare Senio-  
re per gradus distinctos, nempe Cæsaris  
Senioris, Livii, & Cæsaris Junioris, qui  
fuit unus ex prædictis Præsentantibus  
evincebatur ab effectivis Præsentationi-  
bus expletis à præfato Cæsare senio-  
re, & Avo moderni Cæsaris, à partita li-  
brorum Parochi super matrimonio, à  
fidibus baptismatum, & respective pu-  
blicis Instrumentis divisionum, ex quibus  
fanè respectivè applicatis Domini non  
dubitarunt emergere prorsus sufficientem  
justificationem descendentia, sicuti in-  
similibus facta tali conglomeratione aliàs  
dixit Sacra Rota decis. 14. num. 8. coram  
Duno. jun. decis. 417. nu. 16. coram Priolo  
decis. 1280. num. 1. coram Emerix jun. dec.  
399. num. 11. par. 16. decis. 397. num. 1.  
par. 15., & decis. 390. pariter nu. 1. par. 19.  
recent. Neapolitana, seu Civitatis Castellii  
descendentia 14. Junii 1700. coram R. P. D.  
meo Priolo, & in Avenionen. seu Vasonen.  
Primogenitura 25. Junii ejusdem anni 1700.  
§. In cæteris gradibus, ubi de denomina-  
tionibus fratris coram Parocho occasio-  
ne contracti matrimonii, & per tot. coram  
bo. me. Jacometto inter impressas penès mo-  
dernum Forolivien. decis. & rer. judicatar.  
vol. 1. tit. 3. de legat. & fideicommiss. decis.  
11. & 12., & in Sutrina Canonatus 21.  
Junii 1706. §. Quod autem coram eodem  
R. P. D. meo Priolo.

49 Istud igitur caput exuberasset, sed quia  
juxta vulgare, & legale adagium, duo  
vincula magis ligant, quàm unum; vali-  
dum quoque videbatur alterum caput  
reportatæ cessionis per Petrum Paulum à  
Joanne Francisco altero Compræsentato,  
quod etiam secundum caput in se conti-  
nebat membra, seu voces in numero qua-  
tuor, ideoque etiam seorsim suffocantes  
illam unicam vocem, quæ pro Rodulpho  
militabat, jam enim de validitate hujus-  
cemodi cessionis hæsitatio cadere non  
poterat, stante literalis Sanctissimi Domini  
Nostri



Nostri approbatione, & cujus supremæ potestatis existit similes cessiones ad favorem certæ personæ, illarumque pacta admittere, & validare, ut respectu primæ propositionis inquit *Paris. de resignat. lib. 14. quest. 6. num. 12. Cassador. decis. 3. num. 3. de renunciat. Rot. decis. 4. nu. 1. coram Millin. & decis. 380. sub num. 3. par. 4. recent.*, & in ordine ad secundam *Gloss. in cap. ex parte il primo, & ibi DD. de offic. Delegat. Covaru. lib. 1. variar. resolution. cap. 5. nu. 8. Cochier. de permut. par. 3. cap. 2. num. 1. & 3. & cap. 43. num. 1. Garz. de Benefic. par. 1. cap. 19. num. 23. Tondut. de penson. cap. 16. num. 12. & seqq. Barbof. de jure Ecclesiastic. in universilib. 3. cap. 15. §. 5. de permut. à nu. 179. ad 182. Card. de Luc. de jurepatronat. disc. 66. sub nu. 7. Rot. decis. 1956. num. 6. coram Coccin. decis. 290. num. 2. coram Pamphil. & ibi Adden. num. 19. & decis. 190. num. 4. par. 5. & decis. 808. num. 11. par. 18. rec.*

Jamque pariter non erat in hac parte controversibilis descendencia à supramemorato Balthaxare seniore circa Præsentantes eundem Joannem Franciscum cedentem ex documentis plusquam sufficienter exhibitis, ac propterea difficultas, si quæ aderat, ad binas reducebatur exceptiones ab eisdem Scribentibus pro Rodulpho desuper oppositas; Primam nimirum, quod præsentationes exaratae in persona Joannis Francisci initæ noscerentur post lapsum quadrimestris ex indulgentia Ecclesiæ Laicis Patronis attributi ad præsentandum in cap. propter de jurepatronat. Et secundam, quod cum cefio hæc non fuerit publicata, non erat attendenda, resistente non minhs ad literam, quàm ad spiritum rationis sanctione Bullæ sa. me. Gregorii XIII. la 85. Bullar. nov. tom. 2. quam asserebant procedere etiam in Beneficiis litigiosis, ex Rota in Burgen. Canonatus coram Pamphil. sen. impress. apud Marchesan. de commission. par. 2. fol. 544. num. 3. & seqq. decis. 331. n. 15. & 16. par. 15. decis. 141. num. 37. par. 16., & dec. 420. n. 12. par. 19. rec.

50 Neutra tamen ad sensum majoris partis Dominorum visa est, obstaculum posse præbere etiam huic licet superabundanti capiti cessionis; nullitas namque derivans à præterlapsu temporis, intrà quod faciendæ erant præsentationes, sub-

movebatur à verisimili ignorantia, seu non probata scientia Patronorum de subsequuta vacatione, & maximè per resignationem, qui non est actus tam scibilis, quàm existit obitus, quando tamen verissimi juris est tempus non currere, nisi à die demonstratæ scientiæ *Cavaler. in repetit. ad cap. Consultationibus de jurepatronat. num. 35. & 36. Hores de Mena var. resol. lib. 1. quest. 3. à num. 20. Engel. in jus Canonic. lib. 3. tit. 38. num. 13. Barbof. de offic. & potest. Episcop. par. 3. alleg. 72. nu. 135. Vivian. de jurepatronat. par. 2. lib. 5. cap. 2. num. 20. Rot. decis. 459. num. 7. coram Buratt. decis. 114. num. 8. & seqq. coram Cerro, & decis. 221. num. 10. par. 7. recent. cum aliis in Romana Cappellania 25. Novembris 1705. §. Verum neque visum est Dominis cum seq. & in Segobien. Canonatus 17. Martii proxime præteriti §. Aliquod involverem in utroque, coram me.*

Parum relevante, quòd talis scientia esset præsumibilis ob moram, quam trahabant in Urbe Patroni de tempore, quo Joannes Baptista familiam Dominicanam ingressus liberè dimisit beneficium in manibus Superioris, quamvis etenim permanentia in Urbe Civitate tam vasta non admittat illam probabilitatem scientiæ, quæ potest considerari fortasse in parvis Civitatibus, seu Oppidis, adhuc cum, ut diximus, vacatio non acciderit per obitum Joannis Baptistæ esto millies, quod Patroni præsumptivè scivissent ingressum ejusdem Joannis Baptistæ in Religionem, scivissent quoque initam fuisse renunciationem, seu dimissionem Beneficii, proptèr non probatur positiva qualitas, & circumstantia ejusdem dimissionis, seu resignationis, utrum nempe extitisset celebrata ad favorem certæ personæ, quo casu de stylo Darariæ, ut connotavimus, apponi solet clausula -- *accedente consensu Patronorum*-- in quibus sanè terminis Patroni poterant, seu debebant expectare requisitionem assensus procurandi per Resignatarium, vel potius liberè expleta fuisset dimissio, & resignatio; quapropter, vel quia semper ageremus de scientia præsumpta, quæ non sufficit, vel quia satis non esset in præjudicialibus demonstratio scientiæ in genere, nisi ostendatur etiam in specie, seu qualitate præjudicante, semper ad oculum hujusmodi prima



ma ruebat exceptio, ut circa præcedentem priorem conclusionem ampliando regulam profitentur *Cavaler. in repetit. ad d. cap. consultationibus nu. 36. Gabriel consil. 185. num. 9. lib. 2. Lap. alleg. 78. nu. 12. Alphons. de Leon. in tractat. de Offic. Cappellan. quest. 4. prax. 5. num. 77. & 79. Rota decis. 2129. num. 22. coram Coccin., & respectu posterioris videre est penes Felin. in cap. cum contingat col. 2. vers. & dicit, Bald. hic de rescript. Card. in Clement. unica column. penult. vers. tertio quaro de concess. præben. Rov. de contractib. minor. gloss. 16. §. 7. sub num. 375. Rot. decis. 142. n. 2. coram Puteo lib. 1. decis. 1239. nu. 1. coram Seraphin. decis. 283. num. 4. coram Coccin. decis. 486. nu. 7. par. 18., & decis. 533. n. 34. par. 19. recent. Romana Officii 26. Martii 1694. §. Deciso coram Eminentiss. D. meo Caprara inter impress. per Constant. ad Statut. Urb. tom. 3. decis. 14. num. 31. in fin., & in Carpentoracten. Parochialis de Mazan 13. Februarii 1699. §. Profecto nihilominus coram me inter hæcenus impress. decis. 72. num. 6.*

51 Dilabebatur quoque secunda exceptio non factæ publicationis, quod Gregoriana Constitutio super publicandis resignationibus procedit quoque in Beneficiis litigiosis, juxta prælaudatas ex parte Rodulphi decisiones nostri Tribunalis, & præcipuè decis. 420. num. 12. par. 19. rec.

Attamen hæc propositio in omnem casum recipienda esse videbatur quotiescumque tractatum fuisset de puris, & simplicibus resignationibus, non autem ita de facili intercedente, prout hic, triplici mixtura casus, altera nimirum, quod cessio erat pactio cum nonnullis modificationibus, & præ cæteris cum reservatione pensionis, quapropter illa fraus, quæ rectè suasit sa. me. Gregorius XIII. ad decernendas has publicationes cessabat ex fideli narrativa totius rei gestæ cum subsequuta validatione Pontificis, itidem non versabamur in cessione, aut resignatione Beneficii possessi, ac detenti per Resignantem, sed dumtaxat de cessione juris in spe ad Beneficium vigore præsentationum, quas sortitus fuerat Joannes Franciscus adhuc collitigans, & non possessor, ac denique approbatio cessionis facta per Papam non erat gratia principalis, super qua literæ resignationis prodiis-

sent; Gratia etenim principalis consistebat in datione literarum Apostolicarum, pro Præsentato, cum derogatione juris-patronatus etiam in totum; cumque ulterius præservaretur in eisdem literis pendentia litis, jusque competens Rodulpho, ad quid publicare literas pro minima parte amplectentes cessionem, & non potius directè Judicem exequutorem adire pro dirimenda ejusdem litis pendentia, & submovendo prætenso jure sine interesse Rodulphi, unde perspecta hac differentia, siue mixtura succedebat conclusio, quod nullum Statutum, nulla Lex, nulla Constitutio regulariter vim fortiatur in casu mixto, & maxime differente in ratione, pro qua Lex, Statutum, siue Constitutio emanavit, ut pariter habetur in ordine ad mixturam penes Ruin. cons. 113. num. 7. lib. 1. Syriac. controver. 258. num. 13. Card. de Luca de success. ab intest. disc. 16. num. 19. & seq. Surd. decis. 174. num. 14. Rota decis. 458. num. 26. coram Bich. decis. 366. n. 6. par. 15. decis. 7. num. 4. par. 17. & dec. 488. num. 9. par. 18. recent., & in Viterbien. mantentionis 14. Decembris 1699. §. Concurrente insuper coram R. P. D. meo Scotto, cum aliis in adnotatione ad meas decisiones decis. 12. num. 37., & in ordine ad diversitatem, siue cessationem rationis DD. in cap. ut circa de election. in 6. Roman. consil. 179. num. 12. Dec. consil. 317. num. 2. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss. 45. §. 13. n. 48. Rota decis. 602. num. 3. coram Emerix jun. & decis. 165. num. 12. par. 19. rec.

Addito, quod in omnem eventum innegabile esset, quod pendentia litis præservata per Pontificem saltè non relevaret ad finem, nè honestum causaret impedimentum, ut non decurreret semestre à Gregoriana concessum pro ineunda publicatione, prout optimus (ita subintelligendo) fuit in posterioribus decisionibus ultimus sensus Tribunalis, de quo in decis. 1242. num. 6. & 7. coram Emer. jun., & dec. 260. n. 36. par. 17. rec.

Dignoscebant forsitan præcitati Informantes pro Rodulpho ob efficaciam, atque soliditatem fundamentorum, quæ huc usque patefecimus medullam boni juris assistere Petro Paulo, ideoque recurrerant ad præsidium prædictorum Textuum in capit. Querelam, & in cap. Consultationibus ob jam enunciatos status ante-



antecedentes annorum, scilicet 1683., & 1689., pro quorum faciliiori dissolutione supervenit mihi enunciata commissio materiam latiori calamo differendi, & de facto prætermisso actu novissimo anni 1689. qui nullam præfererebat presentationem, sed simplicem consensum præstitum, absentibus, & ignorantibus Compatronis resignationi factæ per Marchionem Joannem Claudium hodie præsentantem, quive actus haberi non meretur in aliqua consideratione pro firmando ultimo statu, ex deductis per *Vivian. de jurepatr. lib. 11. cap. 6. num. 9. Adden. ad Ludovif. decis. 349. num. 7. in fin. Rot. decis. 339. par. 2. coram Ludovif., & decis. 830. sub num. 7. coram Emerix jun.*

Unicus actus, qui remanebat presentationis anni 1683. quin etiam uterque in nihilo obsistebat stante patefactione proprietatis per rem judicatam cum cæteris usque dum demonstratis, quamobrem cum ulterius hodie essemus quoque in casu non concessæ Institutionis per Ordinarium alicui ex præsentatis, seu, ut dicitur, *re integra*, recurrebant favore Petri Pauli omnia firmata, seu animadversa superius in *S. Quod si non adhuc*, & à fortiori allata in *S. Terigimus cum plurib. seqq.*

Roborabant ( etsi ex abundantanti ) pariter eadem jura Petri Pauli allata in *S. Secundus est verò casus*, ex quo non apparebat, quod ultimi præsentis status præsentationum, seu quasi possessionis gesti essent privativè, sive animo spoliandi legitimos Compatronos, nam illa enunciativa unci Patroni emissa de anno 1689., ultra quod concernebat assensum non referibilem, ut præmissimus, ad firmationem ultimi status, nihilominus hujusmodi enunciativa non fuit approbata per Ordinarium exequen. literas resignationis, ut liquet ex confrontatione Summarii Rodulphi, & de cætero subjecta materia jurispatronatus gentilitii non patiebatur, quod vigore ultimi status præjudicium afferetur Patronis jure proprio, & ex propria persona venientibus, <sup>52</sup> jura quippe sanguinis sunt impræscriptibilia, ad *Text. in l. jura sanguinis ff. de reg. jur.*, & in *S. final. institution. de jur. natural. gent.*, & *civil.*, & in nostro proposito *Dec. in cap. 1. de jurepatronat. in 6., Pars II.*

*Alexander. conf. 13. nu. 10. lib. 5., Gratian. discept. forens. cap. 577. n. 41. 42. & 44. Ciardin. controvers. forens. lib. 1. cap. 107. n. 61. & 52. Card. de Luc. de jurepatron. disc. 35. sub n. 8., Frances. var. resolution. cap. 34. num. 22., Molin. de Primogenitur. Hispaniar. lib. 1. cap. 24. num. 31. Rot. decis. 46. num. 25., & decis. 67. sub num. 8. coram Priolo, & decis. 220. nu. 46. par. 11. Recent.*

Hisque nimis ad fatietatem dispunctis superfluum remansit examinare alteram quæstionem, an revera valeret Rodolphus allegare quasi possessionem Marchionis Joannis Claudii sui præsentantis, qui nunquam ex semetipso præsentavit, sed solum ad præfatos actus devenit de anno 1683., & 1689., alter Petrus Paulus ejus Pater, secundum ea, quæ pro negativa, & in hac materia facti non transitorii ad hæredes, videri possunt penès, *Ciarlin. contro. forens. lib. 1. d. cap. 107. nu. 7., & seqq. Postb. de manutenti. observat. 55. à nu. 26. ad seqq. Vivian. de jurepatronatus lib. 4. nu. 64. Card. de Luc. eod. tract. disc. 63. num. 31. Rot. post eundem Vivian. dec. 43. num. 2. decis. 222. num. 7. coram Ludovif. & ibi Adden. num. 12. in fine decis. 390. num. 1. coram Coccin., & decis. 708. num. 5. par. 18. Recentior., pro affirmativa apud Garz. de benefic. par. 5. cap. 5. num. 23., Fontanell. de jurepatron. lib. 1. quest. 27. num. 1., & seqq., Panimoll. dec. 10. annotat. 30., Rot. decis. 84. sub num. 3. post Vivian. de jurepatron. decis. 260. num. 4. par. 2. dec. 64. sub num. 29. par. 13. Mediolanen. jurispatronatus super Manutentione 15. Junii 1703. S. Frustrademum coram R. P. D. meo Scotto, & in Mediolanen. Cappellania 25. Aprilis 1704. coram Reverendissimo P. D. Molines Decano, & bene distinguendo resultat ex *Rota. decis. 31. num. 8. coram Celso decis. 374. num. 2. par. 11. Lucana Beneficii 13. Junii S. Quicquam non refragante coram bo. mem. Muto, Comen. Cappellania 18. Aprilis ejusdem anni S. 1. versicul. certum est, coram Eminentissimo D. meo Card. de la Tremoille, Mediolanen. Prioratus 5. Maji 1702. S. Nec dicatur in fine coram R. P. D. meo Priolo, cum aliis in Aretina Beneficii 23. Aprilis 1703. S. Quamobrem omisso, coram me, & in Mediolanen. Cappellania 22. Junii 1703. S. Minusque relevat.**



levat, coram Reverendis. P. D. meo Molines Decano.

Non esse itaque locum arbitrio pro retardatione literarum Apostolicarum, & consequenter neque etiam fore instituentium Rodulphum, sicque in omnibus -- negative -- Domini responderunt.

Vtraque parte acerrimè dimicante.

### ARGUMENTUM.

Derogatio Jurispatronatus Laicalis in totum attentata lite, an, & quando habeat locum?

### SUMMARIUM.

- 1 Papa derogare solet jurispatronatus laicalis non solum quando Beneficium patronale vacat in Curia, sed etiam quando est lis inter Patronos, aut eorum Presentatos.
- 2 Derogatio jurispatronatus in totum non habet locum, si lite pendente inter Patronos super pertinentia, unus ex eis existat in possessione presentandi, & presentet; Et quare. Vide ibi.
- 3 Nec habet locum ubi aliquis ex Patronis litigat super pertinentia minima partis jurispatronatus, quæ sit inefficax ad presentandum.
- 4 Lite pendente ante vacationem Beneficii inter Patronos super pertinentia jurispatronatus, Papa derogare solet jurispatronatus in totum, & num. 15. & quare. Vide ibi. Amplia ut num. 5.
- 6 Clausula -- dummodo non sit alteri quaesitum -- præservat jus validum, & certum, non verò invalidum, & incertum, & num. 16.
- 7 Derogatio jurispatronatus in totum, attentata lite, habet etiam locum in casu vacationis Beneficii per resignationem in favorem.
- 8 Lite pendente inter Patronos super possessorio juris presentandi Papa derogare solet jurispatronatus in totum.
- 9 Lite pendente super possessorio, nequit Patronus presentare, aut si presentat, ejus Presentato non acquiritur jus certum, neque est danda institutio, lite non finita, & num. 21.
- 10 Lite pendente inter Presentatos super titulo Beneficii, si unus ex illis cedat, vel decedat, Papa conferre solet Beneficium,

superstiti illum subrogando in juribus defuncti.

- 11 Gratia si neutri ad hoc ut sit exequenda, quid requiratur?
- 12 Litera Apostolica derogationis jurispatronatus in totum, attentata lite sunt exequenda, verificata pendente lite ante vacationem.
- 13 Pendente lite ante vacationem, & ejus continuatio, ex quibus probatur, & n. 14. 17. & 18.
- 19 Concordia inter Presentatos an faciat extinguere litem inter Patronos?
- 30 Acquiescentia per lapsum temporis an possit extinguere litem?

### CASUS V.

VAcavit Beneficium A Patronale lite pendente inter Patronos super proprietate, seu pertinentia Jurispatronatus; Quidam obtinuit in Dataria provisionem illius cum derogatione Jurispatronatus in totum attentata lite. Queritur an, & quando Papa soleat derogare Jurispatronatus in totum attentata lite?

I Summus Pontifex derogare solet Jurispatronatus non solum pro medietate, ut supra vidimus *Can. IX. X. XI. Cas. XI.* verum etiam in totum, & hoc non solum quando Beneficium Patronale vacat in Curia per obitum, aut ob promotionem ad Episcopatum, sive Juspatronatus sit Ecclesiasticum, sive mixtum, sive laicale, juxta *Litter. de re benef. lib. 2. quest. 8. num. 100. Card. de Luc. de benef. disc. 33. num. 7. Ros. de execut. lit. Apostolic. par. 1. cap. 5. num. 136. Ansaldo. decis. 35. num. 2. Rota in Romana Cappellania 3. Febr. 1708. S. Quin suffragetur coram Eminentissimo Scotto.* Sed etiam quando lis est inter Patronos, aut inter eorum Presentatos. *Rot. in Pisana Prioratus 11. Aprilis 1712. S. Ast quoque coram R. P. D. Ansaldo, & in Salernitana jurispatronatus 13. Januar. 1716. S. Provisionem coram R. P. D. Crispo de qua quidem derogatione conqueri non possunt Patroni; quia cum Juspatronatus sit eis gratiosè concessum juxta primam propositionem superius in Commentario ex *Can. III.* deductam non est quid prohibeat, ut Papa hanc gratiam quandoque revocare, vel suspendere non possit.*

Ut autem perfectè comprehendatur quan-



quando Papa solet totaliter derogare juripatronatus laicali lite pendente inter Patronos quatuor distinguo Casus.

- 2 Primus est quando lis est inter Patronos ante vacationem beneficii super pertinentia juripatronatus, & unus ex eis, qui sit in pacifica possessione presentandi, presentaverit personam idoneam ad beneficium vacans; hoc enim casu non solet Papa derogare Juripatronatus in totum attentata lite; nec si quis obtineret ab eo Literas Apostolicas provisionis ejusdem beneficii cum derogatione juripatronatus in totum attentata lite, istæ essent exequendæ; quia cum ipsæ, ut in præcedenti Casu IV. num. 6. insinuavi, habeant in ventre clausulam -- *Dummodo non sit alteri jus questum* -- per hanc præservatur jus questum certum, quod Præsentatus reportavit à presentatione facta à Patrono pacificè, absque violentia, & usurpatione possessore; lite pendente solum in Petitório; ut animadvertunt. *Lancellott. de attent. lite pendente in præfat. num. 546. & seqq. Gonzal. in cap. 2. de integr. restit. num. 6. Rot. decis. 263. coram Ottobon. in Salernitana juripatronatus 11. Martii 1715. §. Latè enim coram R. P. D. Falconerio, & 13. a. Januar. 1716. ubi supra coram R. P. D. Crispo.* Sicuti non
- 3 solet Papa derogare juripatronatus in totum attentata lite, ubi aliquis ex Patronis litigat super pertinentia minimæ partis juripatronatus, quæ est inefficax ad presentandum, nec tollit, aut litigiosam reddit majorem partem juripatronatus, quæ sola est efficax ad presentandum, ut firmavit *Rot. coram Bich. decis. 558. n. 28. & seqq.*
- 4 Secundus Casus est, quando ante vacationem beneficii lis est inter Patronos super pertinentia juripatronatus, & nullus ex eis est in possessione presentandi, tunc Papa solet apponere manus, & conferre beneficium cum derogatione juripatronatus in totum attentata lite, nè interim dum ignoratur quis sit Patronus, & ad quem pertineat jus presentandi, Beneficia patiantur diutinam vacationem. *Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 8. num. 100. Rot. de execut. lit. Apostolic. par. 1. cap. 5. num. 136. Card. de Luc. de benef. disc. 33. num. 7. Gonzal. gloss. 6. num. 143. R. P. D. Ansaldo. decis. 35. num. 2. Rot. in Faventina Pars II.*

*Beneficii 24. Aprilis 1705. §. Continuatio coram R. P. D. Kaunitz inferius legen. n. 12. & in Romana Cappellania 3. Febr. 1708. §. Quin suffragetur coram Eminentissimo Scotto.* Etiam si unus ex dictis Patronis præventivè præsentasset, quia cum Patroni, lite pendente super pertinentia juripatronatus, nisi sint in possessione presentandi, non possint presentare, *Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 542.* si presentent, eorum presentatio uti incerta, & quæ juxta exitum litis potest esse valida, nullum interim tribuit presentato jus considerabile in re, vel ad rem propter incertitudinem litis, juxta *Gloss. in cap. ex literis de jurepat. verb. vel antequam ibique Abb. nu. 7. cum seqq. Butr. num. 12. Anan. num. 15.*

6 *Lancellott. ubi supra num. 554.* ac proinde non præservatur per clausulam -- *Dummodo non sit alteri jus questum* -- in literis Apostolicis apponi solita, quæ solum præservat jus validum, & certum, non verò invalidum, & incertum juxta *Parisi. conf. 5. num. 96. & conf. 82. num. 37. lib. 4. Cassador. super regul. decis. 24. num. 4. Rot. decis. 191. num. 13. coram Cerro, & decis. 1247. coram Emerix jun., & in dicta Faventina Beneficii §. Nec obstitisset.*

- 7 Quæ quidem derogatio juripatronatus in totum attentata lite, habet etiam locum in casu vacationis beneficii per resignationem in favorem, eo quia Papa per hanc derogationem nemini præjudicat, dum stante hac pendente litis, quæ incertum reddit jus futurum unius, vel alterius Patroni, non debet Papa requirere consensum alicujus ex illis, de quorum jurepatronatus adhuc non constat; Ac proindè jus Patronorum tamquam incertum non est considerabile ad effectum verificandi præjudicium alterius, quod nunquam adesse dicitur, nisi quando derogatur jus questum, & validum non verò jus quærendum incertum, & eventuale pendens ab exitu litis; ut testantur *Rof. de execut. lit. Apostolic. par. 1. cap. 5. num. 120. Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 51. n. 52. Rot. dec. 314. num. 12. coram Cels. & dec. 196. n. 13. coram Cerro.*

- 8 Tertius casus est quando lis est inter Patronos super possessorio jurispræsentandi ante vacationem beneficii, tunc etiam Papa potest conferre beneficium



cum derogatione juris patronatus in totum attentata lite, ob supradictam rationem, nè interim dum ignoratur, quis sit Patronus, & possessor, beneficium patitur diutinam vacationem; Et literæ Apostolicæ obtentæ à Provisio Apostolico essent exequendæ etiam si præfati Patroni præventivè præsentassent; Quia lite pendente super possessorio juris præsentandi nequit Patronus præsentare, & continuare possessionem litigiosam, & reclamata. *Lancellott. de attentat. lite pendente. in præfat. par. 2. cap. 4. num. 548. & 554. in fin. Rot. decis. 1. in fin. de jurepat. in novis, & decis. 108. num. 10. par. 10. recent. Adden. ad decis. Capell. Tolosan. quæst. 107. lit. A. unde lite pendente ibi -- Lite pendente maxime super dicta possessione juris præsentandi, non potest valide fieri præsentatio, talis enim possessio non debet esse reclamata, seu quovis modo turbata -- Et licet admisso, quod præsentare valeat, juxta *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 20. num. 18.*, tamen ejus præsentato non acquiritur ullum jus certum, & indubitatum, sed solum jus quoddam conditionale, & eventuale, quatenus nempe Patronus obtineat maintenancem super qua est controversia. *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 9. §. 1. num. 92. & seq. Mandos. conf. 51. num. ultim. in fin. Ros. de execut. lit. Apostolic. par. 1. cap. 5. num. 120. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 51. num. 52. Rot. decis. 314. num. 12. coram Celso, & decis. 1247. coram Emerix jun.* Nec ei esset danda institutio; aliàs hæc esset nulla si concederetur non expectato exitu litis juxta *Gloss. in cap. ex literis de jurepat. verb. antiquam, ibique Abb. Berov. num. 49. ibi -- Lite pendente super quasi possessione non prohibetur quin ipse possit præsentare, sed talis præsentatio non est ab Episcopo admittenda, quia ejus eventus dependet ab eventu litis -- Gonzal. in cap. 2. de in integr. restit. nu. 6. Butr. in cap. quoniam de jurepat. num. 11. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 34. num. 33. in fin.**

10 Quartus denique Casus est, quando lis est super titulo Beneficii, seu inter Præsentatos super institutione in beneficio; tunc si pendente lite unus ex illis cedat, vel decedat; Summus Pontifex confert beneficium subrogando superstitem in juribus defuncti; quia stante lite Patro-

nus præsentare, & Ordinarius instituere non potest, juxta *Text. in cap. 1. & 2. ut lite pendente in 6. Simonett. de reserv. quæst. 10. num. 5. Rot. coram Bich. dec. 405. num. 13. & decis. 263. num. 14. coram Otobon., & in Romana Cappellania 3. Junii 1707. §. Non relevante coram Eminentissimo Scotto; Et alias auctoritates superius relatas Cas. IX. X. XI. Cas. III. num. 3.*

11 Et hic nota, quod lite pendente inter Præsentatos super institutione potest unus ex eis, vel Tertius obtinere à Papa gratiam *se neutri*; quæ tamen ut executioni demandari valeat, durum onus habet impetrator constare faciendi dilucidè, & clarè de non jure utriusque colligantis. *Ros. de execut. liter. Apostolic. par. 1. cap. 18. num. 24. Amayden. de styl. Datar. lib. 1. cap. 23. sub num. 18. verf. similiter Adden. ad Pamphil. decis. 116. sub num. 16. Rot. decis. 43. num. 2. coram Dunozet. jun. & in Augustana Canonicatus 15. Febr. 1717. §. Firmissimum cor. R. P. D. Crispo.*

R. P. D. KAUNITZ.

Faventina Beneficii.

Veneris 24. Aprilis 1705.

V Acavit Beneficium in Ecclesia Parochiali Sancti Stephani loci de Mutiliana sub invocatione S. Catharinæ de Jurepatronatus Laicorum, cum tamen usque adhuc vigeret lis ab anno 1639 incœpta inter familiam de Signanis ex una parte, ac familiam de Zaulis ex altera super privativa pertinentia prædicti juris, ideo duplex iterum sequuta fuit præsentatio; Illi enim de Signanis, & alter de familia Platea nominarunt Canonicum Bartholomæum à Platea, alter verò de Signanis, junctus cum Zaulis præsentarunt Reverendiss. Joannem Fontanam Episcopum Cefenaten. tunc Vicarium Faventinum, quare Philippus Borghi illud impetravit à Sede Apostolica cum derogatione Juris patronatus in totum attentata hujusmodi lite, directisque literis Vicario Generali Forolivien. pro executione, ac in ordine ad verificationem Juris patronatus Ordinario Faventino, licet coram eodem fuisset obtenta sententia super verificatione prædicti Juris patronatus, nihilominus pronunciavit primus litc-







Ordinariū ante terminationem litis *Gloss. in cap. ex litteris verb. antequam & ibidem Bero n. 47. de jurepat. Gonz. in cap. 2. de in integr. restit. num. 6. Lambertin. de jurepat. par. 1. lib. 2. qu. 3. n. 4. Menoch. conf. 90. n. 133. Rot. dec. 591. in fin. coram Rembold.*

Et ita in contumaciam Episcopi pluriēs, atque pluries moniti; & informare recuſantis &c.

R. P. D. K A U N I T Z

Faventina Beneficii.

Mercurii 10. Junii 1705.

**C**onſtare de cauſis reſtitutionis in integrum adverſus ſententiam de partibus denegantem executionem literarum obtentarum à Philippo Borghi ſub motivo litis adhuc non terminatæ inter Patronos decifit *Rota 24. Aprilis præteriti coram me*, ac poſitis iterum ſub recto DD. Judicio fundamentis decifionis in formali oppoſitione Reverendiſſimi Jo: Fontanæ præſentati ab aliquibus Patronis magis ſubſiſtentia viſa ſunt, iterum jura Philippi, quæ promoverunt perſiſtentiam in decifis.

**17** Lis quippe adhuc non decifa inter Patronos, quæ fuit principale fundamentum gratiæ, ſatis reſultavit reſumendo antecedentes binas vacationes, cum in illa ſequuta de anno 1639. ſeſe diſiſerint Zauli, & Signani, contententes invicem privativam pertinentiam patronalem, ac lata ſententia favore Signani appellantiſſibus Zaulis, lis fuit proſecuta coram Judice delegato uſque ad annum 1642. ſed remanſit indeciſa, ac ſequuta nova vacatione cum Patroni iterum hinc inde præſentarent, orta nova lite inter præſentatos, emanavit prima ſententia favore Zauli, ſecunda verò favore Signani, & commiſſa Cauſa in Rota in tertia iſtantia, præſentati devenerunt ad concordiam approbatam à ſan. me. Urbano VIII. in qua uni fuit adjudicatum Beneficium, alteri verò reſervata certa penſio, donec, defuncto Zaulo, qui retinuit beneficium, Patroni trifariam ſe diſiſerunt; ex quibus propterea edocemur, numquam litem fuiſſe terminatam inter Patronos, & jure merito deventum fuiſſe ad collationem ex motivo litis penden-

tiæ adhuc vigentis, derogando in totum juripatronatus juxta authoritates adductas in mea præterita decifione §. *Continuatio circa finem.*

**18** Nec obſiſtit oppoſitio, quòd in lite excitata anno 1639. non potuerit fieri fundamentum, ex quo in vacatione ſequuta de anno 1642. Patroni iterum præſentaverint, & quòd in omnem caſum terminata lite per concordiam eodem anno 1642. à quo tempore nihil amplius fuit actum, lis remanſerit deſerta, ac derelicta ad omnem juris effectum per *Rot. coram Achill. de Graſſi. decif. 10. ut lit. pend. Adden. ad Buratt. decif. 307. num. 10. & decif. 548. num. 11. coram Celſo, & decif. 900. num. 17. coram Emerix Jun.* quoniam cum Patroni prædicto anno 1642. præſentaverint hinc inde, nempe Signani Jacobum Juniorem tanquam Patroni in totum, Zauli Joannem, uti Patroni ſaltèm pro medietate hujusmodi præſentationes contradictoniæ factæ per Patronos evidenter demonſtrant, eoſdem continuaffe in eorum præſentatione ſuper privativa pertinentia, cum pro continuatione litis ſufficiat animus deductus per conjecturas, & multo magis per præſentationes præſerentes eandem antiquam præſentationem inter Patronos *Rota decif. 383. num. 3. & 4. & 5. part. 2. recent., & & decif. 166. num. 4. part. 4. tom. 1. & decif. 416. num. 2. & ſeq. eadem part. 4. to. 2. & decif. 349. num. 19. par. 17. recent. & magis præciſe, quòd præſentationes ſequutæ poſt motam litem ſuper pertinentia patronali dependeant ab eadem pertinentia, tradunt Bero in cap. ex litteris num. 19. de jurepat. Lotter. de re benef. lib. 1. queſt. 34. num. 33. in fin. Lancellotti. de attentat. lit. pend. in præſat. cap. 4. num. 554. Modern. Roman. diſcept. Eccleſiaſt. 28. num. 13. part. 1.*

Minuſque ſubſiſtit prædictam litem fuiſſe terminatam, vel per concordiam **19** ſecutam inter Præſentatos, vel per lapſum temporis, quandoquidem indubitatum eſt, actus geſtos inter Præſentatos non extendi ad Patronos, neque concordiam initam, per quam unus cedit alicui jus ſuum cum penſione ſtatim inducere favore unius, vel alterius, ex Patronis invicem diſceptantibus ſuper pertinentia, ſed totum relinquere ſub antiqua



qua incertitudine, & præensione Garz. de Benefic. part. 5. cap. 5. num. 108. Card. de Luca de jurepatron. disc. 63. num. 19. Adden. ad Buratt. decis. 633. num. 18. Rota decis. 368. num. 10. & seq. coram Bich. & in Tuden. Parochialis de Bertuzedo 29. Junii 1701. S. Neque suffragatur coram

20 R. P. D. meo Scotto. Acquiescentia verò per lapsum temporis non potest extinguere litem, donec non superveniat declaratio, ad quem ex Patronis spectet indubitatum Jus præsentandi, cum de jure Canonico instantia sit perpetua, nec lapsus temporis 50. & ultra annorum illam extinguat Card. de Luca de jurisdict. disc. 12. num. 3. Crescent. decis. 7. num. 8. de caus. possess. & propriet. & decis. 490. n. 11. coram Cerro, & decis. 32. num. 8. coram Priolo, & 1247. cor. Emerix, & dec. 326. num. 46. part. 11. recent.

Minimeque satisfecit oppositio, quòd Borghi obtinuerit coram Ordinario per sententiam declarari Juspatronatus pro medietate spectare ad Zaulos, & pro alia ad Signanos, quia ultra quòd dictum fuit Juspatronatus ex fundatione spectare ad hæredes, ac successores, & sic incertum est, an sint etiam illi de Platea, & Marchettis tanquam hæredes, & successores aliquorum de Signanis, cum tamen Philippus verificaverit solum Juspatronatus coram Ordinario ad effectum adimplendi conditionem appositam in suis literis, verificato nempe, quòd Beneficium Juspatronatus ex fundatione, vel dotatione existat, prædicta sententia

non suffragatur, tanquam lata post gratiam præcedenter factam nec extenditur ad jus quærendum vigore sententiæ postea emanandæ, etiam non obstante clausula Dummodo, Felin. in cap. super literis ante num. 12. versic. censetur de rescript. Paris. cons. 5. num. 96. & cons. 82. num. 37. lib. 4. Rosa de execut. liter. Apostolic. par. 1. cap. 5. num. 120. Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 51. num. 52. Rota penes Garz. de

21 benefic. part. 4. cap. 3. num. 14. præsertim stante præsentatione sequuta à medietate vocum ad favorem Episcopi, per quam nunquam dici potest ad ejus favorem jus perfectè quæsitum, stante libertate, quam habet eo casu Ordinarius gratificandi alterum ex præsentatis. Adden. ad Buratt. decis. 651. num. 11. Rot. coram Coccino decis. 1882. num. 3. & 4. & coram Caval. dec. 517. nu. 5. & seqq. & dec. 239. n. 24. & seq. & dec. 240. num. 4. part. 16. recent.

Valor demum per non excessum in ducatis 24. censetur optime probatus per attestaciones Colonorum, & Oeconomi, quæ non data probatione in contrarium majoris quantitatis, constituunt ad effectum, de quo agitur, perfectum gradum probationis, cum sufficiat probatio, etiam semiplena quando valor non est principale fundamentum gratiæ Rota decis. 166. num. 4. & decis. 272. num. 10. & 345. n. 7. coram Priolo, & in Compostellana Benefic. 12. Junii 1704. S. Addito coram R. P. D. meo Caprara.

Et ita utraque &c.

